ne ſic. nullꝰ habitꝰ potētie pōt aliqd habere ꝓ obiecto
ꝯius obiecto illi potētie. q2 nūq̄ʒ habitꝰ excedit potēti
am cuiꝰ eſt. ſed habitꝰ metha. habʒ ꝓ obiecto ens iquā
tū ens. vt ipſemet cōcedit q̄ ē alteriꝰ opinionis. ens au
tē inquātū ens ē ꝯius q̄ditate mālis. ergo q̄ditas mālis
non ē obiectū adeq̄tū intellectꝰ. ¶ Ad 2ᵐ rūdeo ꝙ infi
nitū pōt intelligi vnica intellectiōe. Ad ꝓbationē cuʒ
dicit̄ ꝙ haberet cognoſci per vnā ſpeciē. cōcedo ꝙ po
teſt cognoſci per vnā ſpeciē. non tamē genitā ab eo. ſicͭ
ꝓbatio ꝓcedit. vel dato ꝙ gigneret vnā ſpeciē. nō ſeq
tur ex hoc ꝙ infinitū eſſet termiatuʒ. quia forma t̄mi/
nat illud in q̊ eſt. illa aūt ſpēs genita ab infinito ñ eſſet
in infinito. ſʒ in ipſo intellectu finito cognoſcēte. ¶ Cō
tra illud etiā qd̄ dr̄ ꝙ nihil intelligit̄ a nobis vnica in/
tellectiōe niſi per vnā ſpeciē. arguit̄ ſic. oīe qd̄ pōt eſ
ſe vnū extremū vniꝰ ꝯpoſitionis apud itellectū pōt in
telligi vnica itellectiōe ſimplici. ſʒ poſſibile eſt aliqua
duo quoꝝ due ſpēs ſūt in intellectu eſſe vnū extremū
vniꝰ cōpoſitiōis apud itellectū. g̊ ⁊c̄. maior ꝓbat̄. q2 in
tellectꝰ tātū illud apphēdit ſimplici apphēſiōe primo
qd̄ ꝯponit cū alio. ꝓbatio mioris. quia mons aureꝰ nō
intelligit̄ vna ſpecie. cuʒ nihil vnū tale ſit in re extra:
qd̄ vnā ſpeciē facit in ſēſu. et per ꝯñs nec in itellectu. ⁊
tamē ꝯſtat ꝙ mōs aureꝰ eſt extremū vniꝰ ꝯpōnis. vt ſi
dicat̄ ꝙ mons aureꝰ eſt figmētū. vel aliqd tale. ¶ Pre
terea. multa poſſumꝰ ſimꝉ ſcire. ergo ſimꝉ intelligere.
ꝯña pʒ. q2 cuiuſlibʒ sciti in actu: eſt ſpēs in intellectu i
actu. añs ꝓbat̄. quia ſi ꝯſidero vnā cōcluſionē per ſpe
ciē in actu. ⁊ cognoſco ꝑ poſſibile alias duas ꝯcl'ones i
hitu. ſi non habeo ſpēs illaꝝ duaꝝ in actu: oʒ ergo me
ingrere ſpēs illaꝝ ꝯcluſionū. ſed pono per poſſibile ꝙ
ſingulare nō ſit ex̄ in re qd̄ poſſit facere ſpeciē in ſenſu
et per ꝯñs nec in itellectu. vel tūc nūq̄ʒ intelligā illam
ꝯcluſionē. vel habeo illā ſpeciē in actu. ſicͭ de pria ꝯclu
ſione. nec ex v̄tute fātaſtica pōt abſtrahi ſpēs illiꝰ ꝯclu
ſionis. q2 ibi nō poſſūt eſſe ſimꝉ due ſpēs ſcdm̄ te. ſicut
in intellectu. nec eſt icōueniēs plura accidētia ⁊ plureſ
ſpecies eiuſdē rōis ⁊ gn̄is ſcdm̄ eſſe itētionale eſſe i eo/
dē ſubiecto ſimꝉ. ſicͭ duo lūia ſūt in eadē parte medij.
de quo dicet̄ ampliꝰ quito huius. ¶ Ad tertiū ꝺ ꝓpo/

tione obiecti ad potētiā dicēdū ſicut prius. ꝛ pōt ſic ar
gui cōtra eū: ꝛ q̄ro de q̄ ꝓportōe loq̄ris. qꝛ vel de ꝓpoꝛ
tione numerali. vel de ꝓportōe pfectōis vel de ꝓpor/
tione finiti ad finitū. p̄mo mō nō pōt. qꝛ cadeȝ potētia
numero pōt i pl'a obiecta numero. ſcdo mō nō. vt itelli
git̄ ꝓportio pfectōis qđ aliq̄tiēs ſūptū reddit aliud. vi/
ſus. n. ifinities ſūpt⁹ nō reddet ſolē qꝛ ē alteri⁹ rōis. 3°
mō nō. qꝛ ꝓportio potētie ꝛ obiecti ē ꝓportio mouētis
ꝛ moti. ꝛ tñ ſi aliq̄d mouetur a finito pōt etiaȝ moueri
ab ifinito. ſic celū pōt moueri a deo qđ nūc mouet̄ ab
angelo. ¶ Ad formā iaȝ ſupi⁹ dictū fuit ꝙ illa ꝓportio
cū ſit motiui ad mobile magis req̄rit diſſi'itudineȝ q̄
ſi'itudinē. ¶ Opinio ergo p̄dicta nō cogit q̄tū ad rōes
nec valet q̄tū ad reſpōſiones.

Quantum ad ſcdꝫ p̄ncipale p̄mo p̄mittā q̄ſdā diſtictōes: 2°. oñdā aliq̄s cōcluſio/
nes. ¶ Q̄uātū ad primū ſit iſta prima diſtictio ꝙ ifinitū
pōt tripl'r accipi. ſ. negatiue: p̄uatiue: ꝛ cōtrarie. primo
mō dr̄ ifinitū qđ nō ē aptū natū finiri ſȝ repugnat ſibi
eo mō quo dr̄. 3°. phiſi. ꝙ pūct⁹ ē ifinit⁹. ſic vox ē iuiſibi
lis. Jnfinitū priuatiue dr̄ qđ priuat finē vel finitatē in
apto nato finiri. ꝛ hoc ſonat vocabulū. Jnfinitū ꝯrie ē
qđ negat finitatē ponēdo ei⁹ oppoſitū. ꝛ iſto mō loqui
tur aliter ꝛ boeti⁹ ſup p̄dicamēta. capitulo de q̄litate:
vbi dicit ſic phs. q̄litati ineſt h̄re ꝯriū ſicut iiuſtitia cō/
trariat̄ iuſticie. iiuſt⁹. n. cōtrarie dr̄ eo ꝙ hȝ hitū cōtra/
riū ex actib⁹ generatū. ſic ifinitū ꝯtrarie negat finita/
tē cū poſitōe ꝯtrarij. puta ifinitū extēſū ſine terminis.
ꝛ ſic loq̄tur phs primo phiſi. ꝯtra parmenidē ꝛ meliſſū
Jſtud ifinitū cōtrarie dictū pōt dupl'r itelligi. vno mō
ꝙ ſit actu exiſtēs ſine terminis. alio mō ꝙ ſit i potētia.
qđ diffinit phs tertio phiſi. ſ. ifinitū ē cui⁹ q̄titatē acci/
piētib⁹ ſp eſt aliq̄d extra accipere. ita ꝙ q̄tūcūq; acci
piat̄ ſp ē aliq̄d extra ſi tñ eſſet priuatiue vel negatiue
nō ſp eſſet aliq̄d extra accipere. ergo ifinitū duob⁹ mo
dis vltimis. ſ. priuatiue ꝛ ꝯtrarie ſp eſt i q̄titate molis
vel virtutis. q̄titas aūt oīs dicta ꝓprie vel methapho/
rice eſt magnitudo vel multitudo dicta ꝓprie vel me/
thaphorice. ergo oīs ifinitas talis ē i magnitudine vel
multitudine ꝓpria vel methaphorica. ¶ Scd̄a diſtin/
ctio ſit iſta ꝙ ifinitū pōt dupl'r accipi. vno mō ꝓ rōe i/
finitatis i ſe. alio mō ꝓ ſubſtrato rōni ifinitatis. ꝛ ꝓ eo
qđ ſubē tali rōi. aliud ē. n. q̄rere de rōne ifinitatis in ſe.
ꝛ aliud de eo qđ ſubē tali rōi ifinitatis ſicut aliud eſt q̄
rere de ente ꝑ accñs. aliud ē q̄rere de eo qđ ſubeſt vel
eſt ſub ente ꝑ accñs. phs. n. ſexto hui⁹ ꝓbat q̄dā de en
te ꝑ accñs. ex quo ſeq̄tur ꝙ de ente ꝑ accñs pōt eē ſcia.
ꝛ tñ ibi ꝓbat ꝙ de ente ꝑ accñs nō pōt eſſe ſciētia. pri/
mum intelligitur de ratione entis i ſe. ſcōm de illo cui
ineſt. ſic in propoſito dicitur de infinito.

De ſecundo declarabo. 8. cōcluſiones. prima cōcluſio ſit iſta. Jnfinitū ꝯtrarie
i magnitudine vigoris vel pfectōis a nobis eſt itelligi
bile. hāc oñdo ſic. d̄s eſt i ifinitus cōtrarie i magnitudi
ne perfectōis. ſed d̄s eſt a nobis intelligibilis. ergo ꝛc̄.
maior pȝ. qꝛ d̄s eſt ifinitus ꝛ nō negatiue nec priuatiue.
ergo ꝯtrarie. minor eſt oñſa ſuperius. ¶ Scd̄a ꝯcluſio
ſit iſta. Jnfinitū ꝯtrarie i multitudine nō pōt cognoſci
a nobis ſil' tanq̄ȝ vnū obiectū. hāc oñdo ſic. itellectus q
includit ꝯtradictionē eſt ipoſſibilis. ſed itellectus itel/
ligēs ifinitū cōtrarie i multitudine ē huiuſmodi. ergo
ꝛc̄. maior eſt euidēs. ſed minor pȝ ex precedētibus. tuȝ
qꝛ nō eſt dare ifinitū i re i actu. tū qꝛ ifinita multitudi
ne ſūt itelligibilia ifinitis actibus: qđ repugnat itelle/
ctui noſtro. ¶ Tertia cōcluſio ſit iſta. ¶ Jnfinitū cōtra
rie i multitudine nō pōt itelligi a nobis ſucceſſiue. pu/
ta itelligēdo vnū poſt aliud. hāc oñdo ſic. ¶ Si ifinitū
i multitudine pōt itelligi ſucceſſiue. ergo cōtigit infini
tū ꝑtrāſire. ꝯñs ē euidenter falſuȝ. ergo ꝛ añs. ꝓbatio
ꝯñe qꝛ ſi cōtigeret itelligere ifinitū i multitudine ſuc/
ceſſiue. oporteret totā iſtā multitudinē ꝑtrāſire. ¶ No
tādū aūt eſt ꝙ iſta cōcluſio videt̄ ire ad mētē phi: ꝛ cer
tū eſt ꝙ de actibus itellectus actu ifinitis ſiue ſil' ſiue
ſucceſſiue. qꝛ virtus nō ſufficit ad tot actōes hn̄des ſil'
ſiue ſucceſſiue. ꝛ hoc mō loq̄tur phs. habitualiter autē
intelligi infinita ꝑ ſpēs ꝓpas nō quidem naturalit̄ ac/
q̄ſitas ſȝ a deo impreſſas forte non eſt ipoſſibile. d̄ quo
alias. ¶ Quarta ꝯcluſio ſit iſta. infinitū ꝯtrarie i magni
tudine quātitatis molis nō pōt itelligi a nobis. hāc oñ
do ſic. intellectus q icludit cōtradictionē ē ipoſſibilis.
ſed itelligere ifinitū i tali magnitudine icludit ꝯtradi/
ctionem ꝓ q̄to nō eſt dare tale ifinitum in re. ergo ꝛc̄.
¶ Quinta cōcluſio ſit iſta. infinitū priuatiue in magni
tudine molis nō pōt intelligi a nobis. iſta ꝓbat̄ ſic pre/
cedēs. qꝛ nō eſt dare aliquā talē magnitudinē q̄ ſit apta
nata finiri. ꝛ nō ſit actu finita. ꝛ iō itellectus intelligēs
tale ifinitū repugnat rei. ¶ Sexta cōcluſio ſit iſta. ifini
tū priuatiue in multitudine nō pōt itelligi a nobis hoc
pȝ ſicut precedēs. qꝛ nulla eſt multitudo q̄ ſit apta na/
ta finiri. ꝛ nō actu finita. quare intellectus intelligens
multitudinē infinitā repugnat rei. ¶ Aduertēdum ꝙ
oēs predicte cōcluſiones accipiūt infinitū ꝓ re ſubſtra
ta ꝛ q̄ ſubijcit̄ rōi infinitatis. ¶ Si aūt q̄rat̄ de infinito
accepto ꝓ rōe infinitatis in ſe. ſit iſta ſeptima cōcluſio
. ſ. ꝙ infinitū iſto mō pōt intelligi a nobis: quā ſic oñdo.
ipoſſibile ē aliq̄d intelligere ineē vel nō ineē alteri ni/
ſi ipſū prius apprehēdat̄ ab itellectu ſimplici. ſȝ infini
tū oī mō dictū poſſumus cognoſcere alicui ineē vel nō
ineē. ergo neceſſario ipſū infinitū vt ſic prius eſt appre
hēſū ab intellectu. ¶ Ex oīb⁹ p̄dictis ꝯcludo correlati/
ue ꝙ ifinitū acceptū ꝓ re ſubſtracta ſic ē ipoſſibile itel
ligi. vel nō intelligi. ſicut ē poſſibile eē vel nō eē ex ꝑte
rei. vñ ifinitū pfectōe ſic ē d̄s ē itelligibile a nobis. Jn/
finitū aūt i magnitudine molis vel i multitudine ſm̄
actū nō. Jtē ifinitū i eēntial'r ordinatis vel i actu vel in
potētia ſeu p̄uatiue ſeu ꝯrie ñ pōt itelligi a nob̄. cui⁹ rō
ē qꝛ repugnat rei. ifinitū āt ſiue i m'titudine ſiue i ma
gnitudine: ſiue i q̄buſcūq; accñtal'r ordinatl' ſi i potētia
accipiat̄ pōt itelligi a nob̄ ꝛ h̄ potētial'r acceptū. vt ſic
ſp itellect⁹ ꝯformet̄ rei. ¶ Octaua ꝯcluſio ſit iſta. Jnfi/
nitū negatiē pōt itelligi a nob̄. h̄ pȝ. qꝛ pūct⁹ vl' vnitas
pōt itelligi a nobis. ſȝ ipſa ſūt ifinita negatiue. ergo ifi
nita negatiue pñt a nobis cognoſci. Ex predictis patet
quid ſit dicendum ad queſtionem.

Ad argumenta ad p̄mū ꝛ ad ꝯfirmationē pȝ ꝙ vex ꝯcludūt. qꝛ argu
unt de ifinito i magnitudine pfectōis. qđ ē d̄s. vñ Da/
maſcen⁹ q̄rto ſentētiaꝝ. ꝙ hoc ſolū poſſumus ſcire de
deo ꝙ eſt infinitus ꝛ incōprehēſibilis. ¶ Ad aliud cuȝ
arguit̄ ꝙ infinitū pōt diffiniri ꝛ paſſiones de eo demō
ſtrari, dicēdū ꝙ ꝓbat de infinito accepto nō ꝓ re ſub/
ſtracta ſȝ ꝓ rōe infiniti in ſe. ¶ Ad aliud de infinitate

ſpẽꝝ numeri ⁊ figure. dico ꝙ oẽs ſũt itelligibiles a no/
bis nõ ſil' ſꝫ ſucceſſiue: tñ nõ ꝯtingit ꝑtrãſire. ¶ Ad vlti
mũ cũ arguit' ꝙ ſi duo corpora ⁊c. dictum ẽ ꝙ infinite
ſpẽs pñt eẽ ſil' in itellectu actu p̃mo. nõ nãlr. ſꝫ ſi a deo
infũdant' ſic̃ ſuperiꝰ tactũ ẽ. ⁊ tñ nõ ſeq̃t' ꝙ intellectus
in actu ſcd̃o poſſit intelligere infinita. ¶ Ad auctorita/
tes phi in oppoſitũ dico ꝙ intelligit ꝙ ifinitas in mul/
titudine q̃ intelligit' ꝑ diuerſas ſpẽs nõ põt itelligi a no
bis. eſto ꝙ intellectꝰ hr̃et infinitas ſpẽs apud ſe. q̃ nõ
poſſet elicere ſil' infinitos actꝰ ⁊ opatõẽs. nec poſſet in/
telligere vnũ poſt aliud q̃ nõ poſſet ea ꝑtrãſire. ¶ Et
hec de ſecundo methaphiſice.

¶ Amplius aũt multis exiſtẽtiũ nõ inſũt oĩbus oĩa: quo nãq; mõ poſſibile ẽ vñ principiũ eẽ in imobilibꝰ: aut boni naturam: ⁊c.

Circa tertiũ librũ metha. ¶ Querit' vtrũ in immobilibus ſit cã efficiens ⁊ finalis. ⁊ videtur ꝙ ſic. nã mediũ demõ/ſtratiõis reducit' ad genus cauſe efficiẽ/tis. ſed ſcĩe mathe. q̃ ſũt de imobilibꝰ ve/re demõſtrant. ergo i imobilibꝰ ẽ vere in/uenire rõẽꝫ efficien/tis. maior eſt nota ex ſcd̃o phiſico. vbi phus pricipia de/mõſtratõis enumerat inter cãs efficiẽtes rõne medij. ¶ Itẽ primo poſteriorꝝ dicit ꝙ principia demõſtratõis ſũt cauſe cõcluſionis. mediũ aũt nõ ẽ cã mãlis: q̃ non intrat cõcluſionẽ. nec ẽ cã formalis nec finalis. relinq̃tur ergo ꝙ ſit cã efficiẽs. ¶ Preterea imobilia ſũt en/tia. ergo hñt rõẽꝫ finis. añs pꝫ. ſed ꝯña ꝓbat'. q̃ qd̃ hẽt rõẽꝫ entis hꝫ rõẽꝫ boni: cũ bonũ ⁊ ens cõuertãtur. finis aũt ⁊ bonũ ſũt idẽ. vt dr̃ hic. ¶ Cõtra Ariſto. hic in lr̃a.

Reſpondeo ad q̃ſtionẽ. p̃mo premittã aliq̃s diſtinctõẽs. ſcd̃o dicã ad q̃õnẽꝫ. ¶ Quãtũ ad primũ ſit iſta prima diſtinctio ꝙ imobilia ſũt i duplici genere. q̃dã ſũt immobilia mouẽtia vt ds̃ ⁊ intelligẽtie. quedã que nõ mouẽt nec mouent' vt mathematica. ¶ Scd̃a diſtinctio ſit iſta ꝙ duplex ẽ efficiens. q̃dã dãs eẽ ſine motu. q̃dã dãs eẽ cũ motu. exẽplũ p̃mi. ds̃ q nõ agit iteruenięte motu. exẽplũ ſcd̃i. oẽ agẽs phiſicũ. ¶ Tertia diſtinctio ſit iſta. qd̃ duplex eſt finis q̃dã q attingit' mediãte motu. q̃dã q attingit' ſine motu. p̃mꝰ finis corrñdet ſcd̃o efficiẽti. ſcd̃s finis p̃mo. ¶ Quarta diſtinctio ſit iſta. qd̃ motꝰ repit' in aliq̃ triplr̃ .ſ. vel effectiue. vel ſbiue. vel t'minatiue. exẽplũ primi. ds̃ ⁊ intelligẽtie. exẽplũ ſcd̃i. celũ ⁊ qd̃libet mobile. exẽplũ t'tij. albedo ⁊ quelibet forma motũ t'minãs. ¶ Quita diſtinctio ſit iſta: ꝙ finis repit' in aliquo duplr̃. vno mõ q̃ ipſũ ẽ finis. alio mõ q̃ ordinat' ad finẽ. exẽplum primi. deus qui eſt finis oĩuꝫ. exẽplũ ſcd̃i. creatura oĩs que ad deum vt ad finem ordinatur.

Quantum ad ſcd̃ꝫ videdũ ẽ p̃mo de efficiẽte. 2º de fine. de primo ſi ſit ſermo de imobilibꝰ primo mõ q̃. ſ. ſũt imobilia mouẽtia. ſic dico duo. p̃mũ ẽ ꝙ ds̃ ẽ efficiẽs imobile ſine motu. ſcd̃ꝫ dcm̃ ẽ. oẽ efficiẽs imobile aliud a p̃ma cã ẽ efficiẽs ꝑ motũ. ¶ Si autẽ ſit ſermo de imobilibꝰ ſcd̃o mõ. q̃. ſ. nec mouẽt nec mouent' vt ſũt mathe. ſic dico ꝙ nullo mõ repitur in eis realr̃ loquẽdo rõ efficiẽtꝭ. nec cũ motu nec ſine motu. nã mathe. vt talia ñ hñt eẽ aliqd̃ reale. ¶ De ſcd̃o q̃ꝫtũ ẽ de fine ſi ſit ſermo de imobilibꝰ p̃mo mõ: q̃ .ſ. ſũt mouẽtia ſic dico duo. primũ ẽ ꝙ loquẽdo de fine p̃mo mõ q ẽ ipſũ qd̃ ẽ finis. ſic finis repit' in prima cã q̃ ẽ oĩuꝫ finis. 2m̃ dictũ ẽ ꝙ loquẽdo de fine ſcd̃o mõ ꝓut finis repit' in aliquo q̃ ipſũ ordinat' ad finẽ. ſic dico ꝙ finis repit' i oĩ creatura ſiue mobili ſiue imobili. ¶ Si aũt ſit ſermo de imobilibꝰ ſcd̃o mõ. ſic põt dici ꝙ i eis nõ ẽ finis aliquo mõ realr̃ loquẽdo. Uel poſſet dici ꝙ i eis ẽ finis ſcd̃o mõ vt finis repit' in aliquo ſcd̃ꝫ ꝙ ipſuꝫ ad finẽ ordinat'. nã mathe. eodẽ mõ quo ſũt aliq̃d cir/ca primã cãꝫ ordinãtur ad ipſã ad quã oĩa entia vt ad finem naturaliter ordinantur

Sed hic ẽ vnũ dubiũ vtrũ i imobilibꝰ poſſit motus repiri. ¶ Dicẽdũ ꝙ d̃ motu ſbiue aliter ẽ ſcd̃ꝫ viã phi. aliter ſcd̃ꝫ viã theologi. nã ſcd̃ꝫ phꝫ nec ds̃ nec itelligẽtie pñt eẽ ſubm motꝰ ſꝫ ſũt ſimplr̃ immobiles. ¶ Sꝫ ſcd̃ꝫ viã theologoꝝ oẽs intelligẽtie preter primã pñt moueri etiã localr̃. q̃ moueri de loco ad locũ nõ repugnat angelo. ¶ De imobilibꝰ aũt mathe. pꝫ ꝙ in eis nullo mõ ẽ motꝰ ſbiue realr̃ loquẽdo. Si aũt loq̃mur de motu terminatiue ſimplr̃ negãdũ ẽ motũ i imobilibus eẽ. de deo q̃dẽ pꝫ. q̃ ẽ oĩno interminabilis. de itelligẽtijs etiã pꝫ. q̃ licet ſint ꝓducibiles in eẽ nõ tñ ꝑ motũ. q̃ ds̃ a quo ꝓducte ſũt non ꝓducit aliq̃d ꝑ motum. De mathema. aũt patꝫ. q̃ nõ ꝓducũtur in eẽ ꝑ motũ. ¶ Si aũt loq̃mur de motu effectiue. ſic dico tã in deo q̃ȝ intelligẽtijs ẽ repire motũ. q̃ oẽs mouẽt vel moue/re pñt. De mathe. aũt pꝫ. q̃ nec mouẽt nec mouent' realiter loquẽdo. ſic ergo pꝫ ad q̃õẽꝫ. ¶ Ad primũ i oppoſitũ dicẽdũ ẽ ꝙ lꝫ mediũ reſpectu ꝯcluſionis dicat' hr̃e rõẽm efficiẽtis nõ tñ ẽ hoc realr̃ loquẽdo ⁊ ꝑ motũ. ſic̃ loq̃t' hic phs. ¶ Cõtra. q̃ diſcurſus demõſtratiuꝰ vr̃ eẽ q̃dã motꝰ. ¶ Rñdeo. ꝙ nõ ẽ motꝰ realis. q̃ fit ꝑ itellectũ. ¶ Ad ſcd̃m dicẽdũ ꝙ nõ oẽ bonũ hẽt rõẽm finis niſi illõ ad qd̃ oĩa alia ordinãt'. mathe. ãt lꝫ aliq̃lr̃ poſſint dici eẽ ordinata ad finẽ extriſecũ. tñ i eis nõ ẽ finis ad quẽ aliud ordinetur. ita ꝙ vnuꝫ ſit finis alterius proprie loquendo.

¶ Non autẽ eſt poſſibile genus exiſtentiũ vnũ eſſe: neq; vnũ: neq; ens. nã neceſſe differentias cuiuſlibet generis eſſe ⁊ vnũ eſſe quãlibet. impoſſibile eſt autẽ predicari: aut ſpecies generis de ꝓprijs differẽtijs: aut genus ſine ſuis ſpeciebꝰ. Quare ſi eſt vnũ genꝰ: aut ens: nulla differentia: nec vnũ: nec ens erit. ⁊c.

Queritur Utrũ genꝰ p̃dicet' d̃ differẽtia ꝑ ſe. ¶ Et videt' ꝙ ſic. nã hõ ꝑ ſe ẽ rõnalis. g̊ rõale ꝑ ſe ẽ hõ. g̊ rõnale ꝑ ſe ẽ aĩal. ꝯña pria ꝓbat'. q̃ ꝓpõ necc̃ia ꝯuertit' i necc̃iuꝫ. ex p̃ prio/rũ. g̊ ꝑ ſe i ꝑ ſe. 2a ꝯña ꝓbat'. q̃ hõ ꝑ ſe ẽ aĩal. ſi g̊ rõnale ꝑ ſe ẽ hõ. ſeq̃t' ꝙ per ſe ẽ aĩal. ¶ Preterea. hõ per ſe ẽ aĩal. hõ ꝑ ſe ẽ rõnalis. g̊ rõnale ꝑ ſe ẽ aĩmal. iſta illatio ꝓbat'. q̃ ſic̃ ex p̃miſſis necc̃ijs ſeq̃t' ꝯcluſio neceſſaria. ita ex ꝑ ſe per ſe. ¶ Preterea ſeptio huius dicit': ꝙ quãdo aliq̃d de alio predicat' ꝑ ſe prio mõ. vnũ p̃di/

catur de alio. etiā ī abſtracto. ergo iſte ſūt vere. huma‑nitas eſt rōnalitas: ⁊ hūanitas eſt aīalitas. q2 iſte ſūt ꝑ ſe in p2io mō. hō eſt rōnalis. hō eſt aīal. ergo ſeqꝛ ꝙ ra‑tionalitas ē aīalitas. ⁊ tūc cōcretū predicabiꝛ de ꝯcre‑to per ſe p2io mō. dicēdo ꝙ rōnale ē aīmal. ❡ Pretea. ſi genꝰ per accidēs predicatꝛ de dr̄a. ergo ꝑ accidēs p̄di‑catur de ſpecie. cōſequēs ē falſū: ergo ⁊ an̄cedēs. pro‑batio cōſequētie. q2 quādo aliquid p̄dicatꝛ de aliq̄ per accidēs: predicatꝛ per accidēs de quocūq3 in quo illud formaliter īcludiꝛ. dr̄a aūt formaliter īcludiꝛ ī ſpecie. ergo ſi genꝰ predicatꝛ per accidēs de differētia. ergo p̄‑dicatꝛ ⁊ d̄ ſpecie per accidēs. ❡ Cōtra. q2 ſi ſic. ergo vnū aīmal erit multa aīmalia. cōſequēs eſt falſu3. ergo et antecedēs. ꝓbatio cōſequētie. quia aīal et rationale ī‑cludūtur ī cōceptu ſpeciei. puta hoīs: aut ergo idē ani‑mal īportatur per genꝰ et differētiā. aut aliud. ⁊ aliud. ſi primū. ergo erit nugatio in diffinitione hoīnis. ſi 2m. habetur ꝓpoſitū. ꝙ homo erit duo animalia.

Reſpondeo ꝙ genꝰ non predicatur per ſe de differētia. qd̄ pat3 ꝑ Auicēnā q̄n‑to methaph̄ice dicētē. ꝙ licet genꝰ ⁊ differentia predi‑centur de toto. ideſt de ſpecie. nō tamē ſignificāt totū per ſe. ſed genꝰ ſignificat mālē. differētia aūt formale. vtrūq3 autē ſignificat partē ſpeciei per modu3 totius. et ſicut materiale eſt extra formale: ſic cōceptus gene‑ris eſt extra cōceptū differentie.

Ad argumenta Ad primū neganda eſt cō‑ſequētia. ſed ē fallacia cō‑ſequētis. perſeitas autē ſignificat cauſā predicati eſſe in ſubiecto. ſuperiꝰ autē nō habet cauſā quare iferiꝰ ſi‑bi inſit. ſed magꝭ ecōuerſo. in ſubiecto ergo pōt eſſe cā inherētie p̄dicati. licet in predicato nō ſit cauſa ꝙ ſub‑iectū ſibi inſit. Ad probationē dico ꝙ nō val3 ſimilitu‑do de ꝓpōne per ſe. ⁊ nec̄ia. Ratio huiꝰ eſt. q2 antece‑dens nō poteſt eſſe verū vel neceſſariū: niſi etiā conſe‑quēs ſit verū vel neceſſariū. aliogn poſſet eſſe verū ſi‑ne illo. ꝓpō ergo cōuerſa nō pōt eſſe vera ſeu neceſſa‑ria que ſe habet vt antecedēs: niſi propoſitio cōuertēs que ſe habet vt cōſequēs ſit vera ſeu nec̄ia. verūtamē antecedēs poteſt habere cauſā quare p̄dicatū vel cōſe‑quēs ſibi inſit. licet nō ecōuerſo. vt dictū ē. aliogn vni‑uerſalis affirmatiua cōuerteretꝛ ſimpliciꝛ. quia per ſe preſupponit de omni. ꝓpō ergo per ſe nō nec̄io cōuer‑titur in per ſe. ❡ Ad 2m per idē. q2 licet ex premiſſis ne‑ceſſarijs que ſe hn̄t vt an̄cedēs in ſillogiſmo nō pōt ſe‑qui cōcluſio niſi neceſſaria que ſe habet vt cōſequēs. alioquī premiſſe poſſūt eſſe vere ſine cōcluſiōe. tamē ex premiſſis per ſe poteſt ſequi cōcluſio ꝑ accidēs. lic3 neceſſaria. ❡ Cōtra. p2io poſteriorꝝ dicitꝛ. ꝙ ſi per acci‑dēs. ergo nō neceſſariū. ❡ Rn̄deo. illud ē verꝝ de acci‑dētibus cōparatꝭ ad ſubiectū. predicatio eni ꝑ accn̄s generis de differētia: nō eſt aliqs modus per accidens qui opponiꝛ ad neceſſariū. de quo per accidēs habetꝛ p2io poſteriorꝝ. quādo ſc3 predicatꝛ accidēs de accidē‑te. vel accidēs de ſubiecto. vel ſubiectū de accidēte. et de tali verū eſt ꝙ ſi ꝑ accidēs. ergo nō neceſſariū. dr̄a autē nō eſt proprie accidēs generis. niſi accipiēdo acci‑dens alicuiꝰ quod eſt extra cōceptū quiditatiuū et for‑malē. ⁊ ideo talis predicatio per accn̄s poteſt ſimul ſta‑re cū nec̄io. ❡ Ad tertiū dicēdū ꝙ p̄miſſe ſūt falſe. ſcil3 humanitas ē aīalitas. ⁊ ſilr̄ hūanitas eſt rationalitas.

Ad probationē eſt ſciēdū ꝙ duplex eſt concretio. ⁊ du‑plex eſt abſtractio. vna cōcretio ē ad ſubiectū. puta qn̄ aliqd denoīat aliud qd̄ eſt extra ſuā eſſentiā. alia ē ad ſuppoſitu3. puta quādo aliquid ſignificat aliquid per modū denoīantꝭ aliquid ꝓprie nature. exēplū primi. albū quod denoīat ſubiectū. exēplū ſecundi. vt hec al‑bedo eſt albedo. Silr̄ eſt duplex abſtractio correſpon‑dēs. vna a ſubiecto. alia a ſuppoſito ꝓp2io. exēplū pri‑mi. cū albedo abſtrahiꝛ ab hoīe. exēplū ſcd̄i. cū albedo abſtrahiꝛ ab hac albedine. ⁊ hō ab hoc hoīe. ❡ Ad for‑mā ergo rationis dico ꝙ dictū ph̄i ſeptimo huiꝰ veru3 eſt de cōcretis ⁊ abſtractꝭ ſcd̄o mō. ſed nō primo modo vnde ſi hec ē vera. hic hō eſt hō: hec ē vera: hec hūani‑tas eſt hūanitas. nō tamē ſic ſe habet ī cōcretꝭ ⁊ abſtra‑ctis p2io mō. nō eni valet. ſi hō eſt albꝰ. ergo hūanitas eſt albedo. Ratio huius eſt. quia in predicatōne per ſe p2io modo ē predicatio rōne quiditatis. quādo autem predicatū eſt intra quiditatē ſubiecti: preſciſo quocū‑q3 alio adhuc eſt de ītellectu ſubi. ſed ſi ſit concretū ad ſubiectū: ſubiectū eſt extra. nec predicatū eſt idē ſub‑iecto. Ad propoſitū dico ꝙ rōnale in cōcreto ideo pre‑dicatꝛ de hoīe. quia ratōne ſuppoſiti ſignificat per mo‑dū totiꝰ. in abſtracto autē auferꝛ iſte modus: ⁊ ſignifi‑cat per modū partꝭ. pars aūt nō predicatꝛ de toto. q̄re iſte āhe ſūt falſe. hūanitas ē aīalitas. hūanitas ē ratio‑nalitas. ❡ Ad quartū nego cōſequētiā. ad ꝓbationem dicēdū ꝙ iſta maior ē vera: ſi illud dat ītelligere et fa‑cit vnū per accidēs cū alio. differētia autē cū genere n̄ facit vnū per accidēs. ſ3 vnū per ſe. ❡ Aliter diciꝛ ⁊ eſt idē. ꝙ ſi genꝰ predicatꝛ de differētia ꝑ accidēs: ꝓprie n̄ eſt predicatio per accn̄s. q2 nō eſt in aliquo iſtorꝝ triu3 modorꝝ qui ponūtur p2io poſte. ſ3 ē ꝑ accn̄s largo mō. eo ꝙ predicatū eſt extra rationē ſubiecti. ⁊ ſic per acci‑dēs diciꝛ ꝯtra ꝑ ſe p2io vel ſcd̄o mō.

❡ Similiter aūt ſe habet circa nūc ī tēpore. nō eni hoc cōtingit fieri ⁊ corrūpi: attamē videtꝛ aliquid ſemꝑ eſ‑ſe. non ſubſtātia aliqua exiſtens. ⁊c̄.

Queritur Utrū idē nūc vel inſtās ſit in toto tēpore. ❡ Et ē vna opīo ſatꝭ cōis q̄ oriꝛ ex hoc tertio. ⁊ etiā ex q̄rto ph̄icorꝝ. caplo de tēpore. ꝙ eſt idē ſcd̄m ſubſtātiā ī toto tēpore: licet ſit aliud ⁊ aliud ſcd̄3 eſſe. Qd̄ oſ̄diꝛ ſic. ſubſtātia ipſius nūc corrn̄det ſub̄e ipſius mobilis. va‑riatio autē ipſius nūc ſcd̄3 eſſe corrn̄det variatiōi mo‑tus. vn̄ ſcd̄3 defluxū motꝰ variatꝛ nūc ſcd̄3 eē. lic3 māe‑at idē ſecūdū ſubſtātiā ꝓpter idētitate3 mobilis ī toto motu. ❡ S3 cōtra iſtā opīonē inquātū v̄ba vidētur ſo‑nare argꝛ. ꝑ duas rōes ph̄i q̄rto ph̄icorꝝ. p2io ſic. illa di‑cūtur ſilꝛ que ſūt in eodē nūc īdiuiſibili. ſi g̊ idē ē nūc ī to‑to tēpore. g̊ illa q̄ fuerūt ī milleſimo āno: ⁊ q̄ ſūt hodie erūt ſimul. qd̄ ē falſū euidēter. ❡ Rn̄detꝛ ꝙ oīa pn̄t eſ‑ſe in eodē nūc realiter. ſic̄ vnū mobile realiꝛ ꝑ ſuū mo‑tū h3 eſſe ī oīb3 ꝑtibꝰ ſpacij. nō tn̄ oīa ſūt in eodē nūc ſe‑cūdū rōnē. ſic̄ nec ē idē mobile ſcd̄3 rōnē. vt hab3 eſſe ī diuerſis ꝑtibꝰ ſpacij. ❡ Cōtra. vniformitas ſiltatꝭ acci‑piēda ē corrn̄dēter idētitati ipſius nūc. vt q̄ ſūt ī eodē nūc realiter ſūt ſimꝉ realꝛ. ⁊ q̄ ſūt ī eodē nūc ſcd̄3 rōnē: ſūt ſimꝉ ſcd̄3 rōnē. ſi g̊ ī toto tēpore ē idē nūc realꝛ: ⁊ al‑terū ſecūdū rōnē. ſeqꝛ ꝙ illa q̄ fuerūt ī milleſimo āno et q̄ ſūt hodie erūt ſilꝛ realiter ⁊ ſecūdū veritatē. lic3 nō

Duplex modus concretionis et abstractionis.

ſint ſīt ſcdʒ rōez.qd nullus ſane mētis diceret.℄ Pre/
terea ſcdo.cuiuſlibet ꝯtinui ſūt duo t̄mini diſticti. ſed
tp̄s ē qddā ꝯtinuū cui⁹ t̄mini ſūt ipa nūc.ḡ ipa nūc ſūt
diſticta:iſta rō d̄clarat̄.qꝛ ipʒ nūc ħʒ ſ bāʒ ē aliqd idiui/
ſibile d̄ genere q̄titatꝭ.tūc q̄ro cui⁹ ꝯtinui ſit t̄min⁹ vel
cui⁹ diſcreti ſit ps.qꝛ oē idiuiſibile qd ē ꝑ ſe d̄ genere q̄
titatꝭ vł ē t̄min⁹ ꝯtinui.vł ps diſcreti.ſi pōit̄ ps diſcreti.
ḡ tp̄s ponit̄ diſcretū.qd ph̄s nō ꝯcederet ꝓprie loquē
do.Si ponit̄ t̄min⁹ ꝯtinui oʒ ḡ ꝙ ſit aliud ⁊ aliud ſcdm
ꝙ terminat aliā ⁊ aliā ptē ꝯtinui.qd ē ꝓpoſitū.Rn̄de
tur ꝙ vnū ⁊ idē nūc ſcdm rem poteſt terminare aliqd
tp̄s ex vtraq̄ parte ſicut vnū ⁊ idē mobile ꝑ ſuū motū
terminat aliqd ſpaciū ex vtraq̄ parte.qꝛ prius exiſtēs
in principio alicui⁹ ſpacij ſit poſtea ꝑ motū in fine illi⁹
ſpacij.℄ Cōtra.qꝛ illa eē accidūt illi nūc eidē ſcdm ſub
ſtātiā ⁊ ſcdʒ rē.qꝛ ꝑ te illud nūc manet idē ſub diuerſis
eē.⁊ ꝑ ꝯn̄s illa eē accidūt ſibi.ergo nūc tpis nō ꝑ ſe ſʒ ꝑ
accn̄s ē termin⁹ tpis.qd ē falſū.nā oē idiuiſibile de ge/
nere q̄titatis ꝑ ſe terminat q̄titatē vel ē pars diſcreti
q̄re ſeq̄t̄ ꝙ tale idē nūc nō ſit indiuiſibile ꝑ ſe de gene/
re q̄titatis.℄ Preterea illa eē q̄ro cui⁹ generis ſunt:ſi
ſint idiuiſibilia de genere q̄titatꝭ.ergo ſufficiūt ad ter/
minādū ꝓpriū ꝯtinuū abſq̄ illo nūc ſcdʒ ſ bāʒ.qd nul/
lus diceret. Si aūt ſint alteri⁹ generis puta q̄litatis.
ergo q̄litas ꝑ ſe ē rō terminādi ꝯtinuū i genere q̄tita/
tis.qd ē falſū.vident̄ ergo rōnes ph̄i ſtare.nec ipſe eas
aliq̄n ſoluit.℄ Preterea ad principale.ſi idē nūc ſcdm
ſ bām flueret ꝑ totū tp̄s.ergo totus ei⁹ fluxus cōpone/
ret̄ ex idiuiſibilib⁹.⁊ ꝑ ꝯn̄s tp̄s cū ſcdm eos nūc fluēs
cauſet tp̄s.ꝯn̄s ē manifeſte falſum.ergo ⁊ an̄s.ꝓbatio
ꝯn̄e.qꝛ nūc idiuiſibile nō poſſet fluere niſi ſcdm eſſe di
uerſa q̄ neceſſario ſūt idiuiſibilia:ꝓbat aūt ph̄us ſexto
phiſi.ꝙ idiuiſibile nō pōt moueri.qꝛ tūc mot⁹ ei⁹ cōpo
neret̄ ex indiuiſibilib⁹ qꝛ prius ꝑtrāſit̄ minus vel eq̄/
le q̄ maius.ergo tp̄s eēt cōpoſitū ex indiuiſibilib⁹.qd
eſt cōtra ph̄m.℄ Preterea oīs mutatio hʒ aliquā mē/
ſurā.ſi ergo idē nūc ſcdm ſ bām mutat̄ ſcdʒ diuerſa eē.
oʒ ipſi⁹ vel ſuoꝝ eē q̄rere aliq̄ mēſurā.illa vel erit tp̄s
vel erit nūc.⁊ ſic i ifinitū.℄ Dicēdū ergo aliter ꝙ nūc
ē aliud ⁊ aliud ſcdm ſ bām i toto tp̄e.ſicut ē ali⁹ ⁊ ali⁹ pū
ct⁹ i tota linea.ſed ad ſaluādū ph̄m q̄ prima facie videt̄
dicere oppoſitū ē notādū ꝙ nō ē intētio ph̄i ꝙ idē nūc
maneat i toto tp̄e.ſed qdcūq̄ vnū nūc de plib⁹ ꝯſide/
ratū ſcdm ſe ē idē.⁊ hoc ē dicere eē idē ſcdm ſ bām.ꝯſi/
deratū aūt i ordine ad tp̄s p̄teritū ⁊ futuꝝ n̄.ſed cū ſit
t̄min⁹ p̄teriti ⁊ pricipiū futuri dr̄ diſtigui ſecūdū eē.qꝛ
alia ē rō finis ⁊ p̄ncipij.vt ſic.vnū ḡ nūc hēt identitatē
ſecūdū ſ bām.i.a ſe ⁊ ſcdm ſe ⁊ hēt diuiſionē ſecūdū eē
reſpectu partiū tpis.⁊ nō ē tāta identitas iſtātis i toto
tp̄e cū ſint ifinita iſtātia q̄ta ē identitas vni⁹ iſtātis.ḡ i
toto tp̄e neceſſe ē eē aliud ⁊ aliud nūc ſcdm ſ bāʒ.℄ Et
ad hoc valet declaratio ph̄i quā iſti addūt ꝓ ſe de mo/
bili qd manet idē:n̄ q̄dē mobile vt abſolute p̄cedit mu
tationē qꝛ h̄ mō nō ē tp̄s mēſura ei⁹ nec aliq̄d ꝑtinens
ad tp̄s.ſed forte vt ſic euū ē mēſura ei⁹.de quo alias.ſʒ
mobile vt eſt ſub vna mutatōe eſt idē ſcdʒ ſ bāʒ.i.ſcdm
eſſe illi⁹ mutatōis ꝯſiderate i ſe vel ſcdʒ ſe.ē aūt aliud
ſecūdū eſſe.i.vt ſub illa mutatōe t̄minat p̄teritū ⁊ ini/
tiat futuꝝ.⁊ ſcdʒ hoc dr̄ alibi ⁊ alibi eſſe nō q̄dē actu ſʒ
i eodē vbi medio iter extrema in q̄tū illud t̄minat mo
tū ſcdm prius vbi ⁊ ichoat motū ſecūdū poſterius vbi

dicitur aūt alibi ⁊ alibi eſſe quatinus mutari eſt aliq̄d
vtriuſq̄ extremi.℄ Et hec de t̄tio methaphiſice.

℄ Ens aūt multis modis dr̄:ſʒ ad vnū ⁊ ad vnā ali/
quam naturam.ſed non equiuoce.⁊c̄.

CIrca quar
tū librū methaphi/
ſice.℄ Querit̄.Utꝝ
ens vniuoce p̄dicet̄.
de oīb⁹ entib⁹.vide/
tur ꝙ nō.ꝑ porphiri/
um.Si q̄s igr̄ oīa en/
tia vocet equoce nū/
cupabit.℄ Cōfirma/
tur.qꝛ nihil vnū p̄di/
cat̄ vniuoce de oīb⁹
ꝑꝑ ifinitatē entiū in
nā.℄ Cōtra ph̄s hic
i lr̄a.d.ꝙ ens multipl'r dr̄ nō t̄n equoce. ergo vniuoce.
ſi vniuocum ⁊ equiuocum ſunt immediata.

Rn̄deo In iſta q̄ōe p̄mo recitabo vnā opinionē
ſecundo dicam aliter ad queſtionem.

℄ Quātū ad p̄mū ſciēdū ē ꝙ eſt vna opinio antiq̄ quā
etiā ſequunt̄ aliq̄ moderni tenētes ꝑtē negatiuā.ꝓ q̄
arguit̄ multipl'r.p̄mo auctoritatib⁹.nā.4⁹ huius dicit
ph̄s ꝙ ens dr̄ de entib⁹ ſic̄ ſanū de ſanis.⁊ ꝙ metha.ē
vna ſcia nō qꝛ oīa illa de q̄b⁹ ē dicant̄ ſcdʒ vnū ſʒ ad vnū
.i.nō vniuoce ſʒ analogice.ḡ ſ hʒ metha.qd ē ens nō eſt
vniuocū ſʒ analogū.℄ Preterea 7⁹ hui⁹ dr̄ ꝙ q̄litates
⁊ cet̄a.accn̄a ſūt entia ſic̄ logici dn̄t n̄ ens eē ens ⁊ n̄ ſci
bile eē ſcibile.⁊ ſic̄ vas dr̄ ſalubre ⁊ corp⁹:ſʒ i oīb⁹ iſtꝭ n̄
ē vniuocatio ei⁹ qd dr̄ d̄ plib⁹.pʒ.ḡ ⁊c̄.℄ Preterea p̄mo
phi.dicit ph̄s ꝙ pricipiū ꝓcedēdi ꝯtra Parmenidē ⁊
Melliſſū ē q̄m ens dr̄ multipl'r.℄ Arguit̄ etiā ꝑ rōes ⁊
p̄mo ſic.ſi ens ē vniuocū ad oīa entia.ḡ ens ē gen⁹.ꝯn̄s
ē falſū ⁊ ꝯ ph̄ʒ 3⁹ metha.ḡ ⁊ an̄s.ꝓbatio ꝯn̄e.qꝛ tūc ens
diceret̄ i q̄d de plib⁹ differētib⁹ ſpē.qd ē ꝓpriū generi
℄ Cōfirmat̄ rō.ꝙ ſciēs ē hō.ḡ p̄dicat̄ de entibus ſcdʒ
rōeʒ alicui⁹ vlīs.nō dr̄e.qꝛ nō p̄dicat̄ i q̄le.nec ꝓprij.
nec accn̄tis.qꝛ hec ſūt ex eēntiā eius de quo dn̄r.nō ſic
ens.nec etiā p̄dicat̄ vt ſpēs vt pʒ.ḡ relinquit̄ ꝙ p̄dicat̄
vt gen⁹.℄ Preterea ſi ens ē vniuocū ad decē genera.ḡ
deſcēdit i illa ꝑ aliq̄s dr̄ias.ſint.a.⁊.b.aut ḡ.a.⁊.b.iclu/
dūt ens aut nō.ſi ſic.ḡ i cōceptu cuiuſlibet generis ge/
neraliſſimi icluderet̄ bis ens:⁊ ꝑ ꝯn̄s nugatio.Si nō.ḡ
a.⁊.b.nō ſūt entia.⁊ tūc nō ens erit de itellectu entꝭ.nā
a.⁊.b.icludunt̄ icōceptib⁹ decē geneꝝ.℄ Preterea il/
la q̄ ſūt total'r.⁊ imediate ſub extremis ꝯdictiōis nihil
ē cōe vniuocū.ſʒ d̄s ⁊ creatura.ſ bā ⁊ accn̄s ſunt h⁹.nā
ſūt ſub iſtꝭ extremis ꝯdictōis.depēdere ⁊ nō depēdere
cātū ⁊ nō cātū.eē ab alio ⁊ non eē ab alio.pʒ ḡ ꝙ nihil
ē eis cōe vniuocū.ꝓbat̄ maior.qꝛ oīs ꝯcept⁹ cōis ē neu
ter reſpectu illoꝝ q̄b⁹ ē cōis.ſʒ nullus ꝯcept⁹ reſpectu
ꝯdictorioꝝ ē neuter.ſʒ ē nec̄ario alter illoꝝ.alioq̄n ꝯdi
ctoria hn̄t mediū.℄ Preterea.q̄ ſūt primo diuerſa i
nullo ꝯueniūt:ſed de⁹ ē prīo diuerſus a creatura ⁊ vnū
p̄dicamētū ab alio ḡ nec de⁹ ⁊ creatura nec decē gene
ra ꝯueniūt i aliq̄.nec ꝑ ꝯn̄s in aliq̄ ꝯceptu cōi vniuoco/
maior ē euidēs ſed prīa ps minorꝭ de deo ⁊ creatura ꝓ
bat̄.qꝛ aliōq̄n de⁹ hn̄ret q̄ ꝯueniret ⁊ q̄ differret a crea/

tura. ⁊ ita nõ eẽt ſimplr̃ ſimplex. 2° ꝑs de decẽ generibus ꝓbat̃. q2 alr̃ nõ eſſet negatiua imediata qñ negat̃ vnũ gen⁹ generaliſſimũ ab alio. ↄñs ẽ falſũ. ⁊ ↄ ph̃z primo poſte. ꝓbatio ↄñe. q2 tũc extrema illi⁹ negatiue cõueniũt i aliquo toto. puta i ente. qḋ nõ poteſt eẽ i ꝓpoſitõe imediata negatiã. ſic dr̃ ꝑmo poſte. vbi ſupra. iſta ḡ negatiua. q̃titas nõ ẽ ſb̃a. nõ eẽt imediata. ¶ Preterea vbi tm̃ ẽ vnitas attributõis nõ põt eẽ vnitas vniuocatõis. ſ3 oĩa entia attribuunt̃ ad ſb̃a3 i rõe entis: vt dr̃ i h̃ q̃rto. Itẽ creature ad deũ i rõe entis o3 ponere vnitatẽ attributõis. ḡ ens nõ ẽ vniuocũ ꝑdictis.

Quantum ad ſcḋm ẽ alia opinio. quam teneo tanq̃3 verã ꝙ ens ẽ vniuocũ deo et creature. ſubſtãtie ⁊ accñti: ⁊ generalr̃ oĩb⁹ entib⁹ de q̃bus ꝑdicat̃. ¶ Ad cui⁹ euidẽtiã ꝑmo ꝑmittã vnã diſtĩctionẽ. 2° oñdã triplicẽ ↄcluſionẽ. ¶ De ꝑmo ſciẽdũ ẽ ꝙ vniuocatio ẽ triplex. q̃dã ẽ vniuocatio phiſica. q̃dã logica. ⁊ q̃dã metha. vniuocatio phiſica ẽ vnitas nature ex nã rei circũſcripto oĩ ope itellectus. de illa vniuocatõe logt̃ ph̃s. 7° phiſi. qñ dicit. ꝙ i ſpẽ ſpãliſſima ẽ ꝓprie cõparatio ⁊ nõ i genere. q̃ten⁹ ſpẽs dicit vnã nã3 ⁊ vniuocã. nõ aũt gen⁹. ſ3 latẽt equocatões i generibus: gen⁹. n. dr̃ equocũ equocatõe oppoſita vniuocatõi phiſice eo ꝙ nõ corñdet ſibi vna nã vel ypoſtaſis ex̃. ſed plẽs h̃3 ꝙ dicit comẽ. ⁊ themiſti⁹ ſuꝑ ꝑmũ de aĩa. vniuocatio iſta ſolũ ẽ i ſpẽ ſpãliſſima q̃ vere dicit vnã nã3 vnitate reali: minore tñ q̃3 ſit vnitas numeralis. ſic ↄ̇clarabit̃ i. 7. ¶ Uniuocatio logica ẽ vnitas alicui⁹ realitatis vel itẽtõis ꝑme ſub vna itẽtõe logica ↄcepte. vbi grã. ſub itẽtõe generl̃ vel drĩe vel alicui⁹ alteri⁹ ſcḋe itẽtionis. Logic⁹. n. ↄſiderabit h9 itẽtões ſcḋas adiũctas ꝑmis. ¶ Ex quo cõcludo correlarie ꝑmo ꝙ aliq̇ḋ trãſcẽdẽs ẽ ꝓprie vniuocũ vniuocatõe logica. q2 licet nulla ſcḋa itẽtio i genere puta gen⁹ ⁊ drĩa ↄpetit alicui trãſcẽdẽti ⁊ exiſtẽti ex̃ gen⁹. ſic p3: aliq̃ tñ ↄpetit ſibi. puta itẽtio vlĩtatl̃ q̃ ẽ logica ⁊ 2ª itẽtio. ¶ 2°. ↄcludo ꝙ aliq̇d eẽ vniuocũ vniuocatõe logica ⁊ equocũ equocatõe phiſica nõ repugnat. p3. n. ex ꝑdictis ꝙ gen⁹ ẽ equocũ equocatõe phiſica. ⁊ tñ ẽ vniuocũ vniuocatõe logica. ¶ Uniuocatio methaphiſica ẽ vnitas alicui⁹ prime itẽtõis abſtrabibilis ꝑ itellectũ a plib⁹ ex nã rei circũſcripta q̃cũq̃3 itẽtõe 2ª vel logica. ⁊ hoc mõ trãſcẽdẽtib⁹ nõ repugnat vniuocatio. vt dicet̃: ex q̃ cõcludit̃ correlarie ꝙ aliq̇d ẽ vniuocũ metha. qḋ nõ ẽ vniuocũ ꝓprie phiſice loquẽdo. ¶ De ſcḋo ſit iſta ꝑma concluſio. Ens coiter ſũptũ non ẽ vniuocũ oĩb⁹ entib⁹ vniuocatõe phiſica: hãc oñdo ſic: cõceptui entis coiter ſũpti nõ rñdet vna nã in re ex̃. ḡ cõcept⁹ entl̃ nõ ẽ vniuoc⁹ vniuocatiõe phiſica. añs ẽ euidẽs. q2 cõceptui entl̃ in coi ſubſũt oĩa entia de q̃b⁹ certũ ẽ ꝙ nõ drñt aliq̃3 vnã nã3. ↄña etiã p3 ex ꝑcedẽtib⁹. ¶ 2ª cõcluſio ſit iſta. ens coiter ſũptũ ẽ vere vniuocũ oĩb⁹ entib⁹ vniuocatõe logica. hãc oñdo ſic. illud qḋ dicit aliq̃3 vnã realitatẽ vel ꝑmã itẽtionẽ conceptã ſub aliq̃ itẽtõe logica ẽ vniuocũ vniuocatõe logica: ſed ens coiter ſũptũ ẽ h9. ḡ ⁊c. maior p3 ex diffinitõe vniuocatõis logice poſite ſupi⁹. minor etiã ẽ euidẽs. q2 licet ens coiter ſũptũ nõ cõcipiat̃ ſub itẽtõe generl̃ vel drĩe vel alicui⁹ alteri⁹ ſcḋe itẽtõis i genere: ↄcipit̃ tñ vel põt cõcipi ſub intẽtõe vl̃is q̃ vtiq̃3 ẽ intẽtio ſcḋa vel logica. ¶ 3ª cõcluſio ſit iſta. ens coiter ſũptũ ẽ vere vniuocũ oĩbus entib⁹ vniuocatõe metha. ſic itelligẽdo ꝙ ens dicit aliquẽ vnũ cõceptũ realẽ abſtrabibilẽ. ab oĩb⁹ entibus ꝑticipãtib⁹ ens q̇ditatiue. h̃3 quẽ cõceptũ ens ẽ ꝑdicabile de oĩ ente vniuoce ⁊ realr̃ ⁊ i q̇d: hãc oñdo ſic. oĩs itellect⁹ cert⁹ de vno cõceptu et dubi⁹ d̃ duob⁹ i q̃bus ille cert⁹ q̇ditatiue icludit̃: h3 cõceptũ illũ de quo ẽ certus aliũ a cõceptib⁹ de q̃b⁹ ẽ dubius ⁊ vniuocũ illis. ſ3 itellectus hoĩs põt eẽ certus de aliquo ꝙ ſit ens dubitãdo vtrũ ſit ds̃ vel creatura: ſubſtãtia vel accñs. ⁊ ſic de alijs i q̃bus cõceptus entis q̇ditatiue icludit̃ ſicut patet: ergo cõceptus entis ẽ alius a cõceptibus dubijs ⁊ vniuocus eis ita ꝙ ex ſe ẽ neutrũ ⁊ icludit̃ i vtroq̃3 iſtoꝝ. maior ꝓbat̃. q2 impoſſibile eſt eũdẽ cõceptũ eidẽ intellectui ſit̃ eſſe certũ ⁊ dubiũ. ergo vel eſt alius ⁊ hẽtur ꝓpoſitũ vel nullus. ⁊ tũc nõ eſt certitudo de aliquo cõceptu. eſt ergo alius. ⁊ ſi q̇ditatiue icludit̃ i illis ſeq̄tur ꝙ nõ tm̃ eſt alius ſed etiã vniuocus. minor declarat̃: primo de deo ⁊ creatura. q2 q̇libet ph̃s antiqu⁹ fuit certus illud qḋ ponebat primũ principiũ eſſe ens. puta vnus q̇ poſuit ignẽ p̃cipiũ: alius aquã. q̇libet. n. erat certus ignẽ vel aquã eſſe ens. erat tñ dubius vtrũ eſſet ens creatũ vel icreatũ primũ vel nõ primũ. nõ. n. erat certus ꝙ eſſet ens primũ. q2 tũc fuiſſet certus de falſo: falſũ aũt nõ cõtingit ſcire nec erat certus ꝙ eſſet nõ primũ q2 tũc non poſuiſſet oppoſitũ. ¶ 2°. ꝓbat̃ de ſubſtãtia ⁊ accidẽte. Nã ph̃i diuerſi diuerſimode opinati ſũt de lumine quoꝝ vnus ponit ꝙ ſit accñs. alius ꝙ ſit corpus ⁊ ſubſtãtia. ⁊ ille q̇dẽ q̇ ponit ꝙ eſt ſubſtãtia eſt certus ꝙ ẽ ens. ſ3 nõ eſt certus ꝙ ſit ſubſtãtia q2 tũc eſſet certus de falſo. nec ꝙ nõ ẽ ſubſtãtia q2 oppoſitũ ponit. ¶ Rñdet̃ ꝙ q̇libet talis ph̃s hũit duos cõceptus i itellectu ſuo ꝓpiquos q̇ ꝓpter ꝓpinq̇tatẽ analogie vidẽtur eſſe vnus cõceptus ⁊ ꝓpter iſtã ꝓpinq̇tatẽ q̃ vidẽtur vnus cõceptus videt̃ eẽ certus de vno hoc eſt de illis duobus dubie cõceptis. ¶ Cõtra. q2 ex iſta euaſione videt̃ deſtrui oĩs via ꝓbãdi vnitatẽ vniuocã alicuius cõceptus. Si. n. dicis hoĩe3 hr̃e vnũ conceptũ cõe3 ad ſortẽ ⁊ platonẽ. negabit̃ tibi ⁊ dicet̃ tibi ꝙ ſũt duo cõceptus. ſ3 videt̃ vnus ꝓpter magnã ꝓpinq̇tatẽ ⁊ ſĩlitudinẽ. ¶ Cõfirmat̃ rõ p̃cipalis. q2 oĩs ↄceptus ꝑdicabilis de plĩbus ſcḋ3 vnũ nomẽ ⁊ vnã rõe3 ẽ vnus vnitate vniuocatõis. hec. n. eſt deſcriptio vniuoci i antepꝑdicamẽtis. ſ3 cõceptus entis ẽ huiuſmodi. nã ꝑdicat̃ i q̇d ⁊ icludit̃ q̇ditatiue in entibus inferioribus de q̃bus dicit̃ ꝙ patet. ⁊ ꝑ ↄñs ꝑdicat̃ ſcḋ3 nomẽ ⁊ diffinitionẽ. ergo cõceptus entis ẽ vniuocus. ¶ Preterea ꝑma dignitas ſeu primũ p̃cipiũ nõ ẽ multiplex. ergo nec ens. ⁊ ꝑ ↄñs vniuocũ. añs p3. q2 primũ p̃cipiũ nõ ẽ diſtiguẽdũ cũ ſit notiſſimũ ⁊ firmiſſimũ ex 4°. hui⁹. ↄña ꝓbat̃. q2 primũ p̃cipiũ cõſtituit̃ ex ente. q̄re ſi primũ p̃cipiũ nõ eſt multiplex. ergo nec ens ex quo ↄſtituit̃. ¶ Preterea ꝓbat̃ ſpecialiter ꝙ ſit vniuocum ad ſubſtãtiã ⁊ accidẽs ſic. ſi ens nõ eſt vniuocũ ſubſtãtie ⁊ accidẽti. ergo itellectus noſter nõ põt habere cõceptũ quiditatiuũ de ſubſtãtia. cõſequẽs eſt euidẽter falſu3. ergo ⁊ antecedẽs. ꝓbatio cõſequẽtie q2 ſubſtãtia non imutat imediate itellectũ noſtrũ ad itellectionẽ ſui cũ nõ itelligit̃ ꝓ ſtatu iſto niſi ꝑ ſpeciẽ accidẽtis ſenſibilis ſed nullu3 cõceptus quiditatiuus ſubſtãtie põt haberi ꝑ imutationẽ accidẽtis ſenſibilis niſi poſſit abſtrahi a cõceptu accidẽtis: ⁊ ille neceſſario ſic abſtractus ẽ vniuocus. alias nõ eſſet abſtrabibilis. talis autẽ cõceptus

maxie videt̄ eſſe ɔ̄cept⁹ entis. nã nullus alius eſſet q̄ditatiuus. maioꝛ pȝ. qꝛ qcq̄d preſens et imediate imutat intellectū illi⁹ abſētia poteſt nãliter ab itellectu coſci qñ nõ imutat̄. ſic appet in 2⁰ de aia. ꝙ viſus ē perceptiuus tenebꝛe qñ lux nõ ēſt pꝛeſēs: nec viſus imutat̄. ergo ſi itellect⁹ imutat̄ a ſuƀa imediate ad actuȝ circa ipſū: ſeq̄ret̄ ꝙ quãdo ſuƀa nõ eſſet pꝛeſēs poſſet ei⁹ abſētia nãliter cognoſci. et ita poſſet nãliter cognoſci in hoſtia ɔ̄ſecrata nõ eſſe ſubſtãtiã panis. qđ eſt manifeſte falſū. nullus ergo ɔ̄cept⁹ q̄ditatiu⁹ habet̄ de ſuƀa nãliter imediate a ſuƀa cauſat⁹: ſed tantū cauſat⁹ abſtract⁹ pꝛio ab accidẽte. ⁊ talis nõ eſt niſi ɔ̄cept⁹ entis. ¶ Pꝛetea. ſignū diſtributiuū ñ diſtribuit terminū equocū ꝓ ſuis ſignificatis. qꝛ termin⁹ equocus nõ habet vnū ɔ̄ceptū qui ſit diuiſibilis in plures. ſȝ ſignū diſtributiuū additū enti ipſū ens diſtribuit pꝛo ſuis iferioꝛibus. ſeq̄t̄ eni oē ens. ergo ſuƀa. ergo accñs. ḡ ens nõ eſt equocū. ¶ Pꝛetea. vni⁹ potẽtie ē vnū pꝛimū obiectuȝ. ſȝ pꝛimū obiectū intellect⁹ eſt ens vt cõe oib⁹. ḡ ens ſic cõe ē aliqđ vnū. ⁊ per ɔ̄ſequens vniuocū. maioꝛ pȝ. qꝛ potẽtia moueṫ ab obiecto ſcđȝ foꝛmã obiecti. ⁊ niſi habeat vnã foꝛmã nõ mouebit. ⁊ ideo dr̄ q̄rto hui⁹ ꝙ itellect⁹ qui nõ itelligit vnū: nihil itelligit. ꝓbatõ morl. qꝛ illud ē pꝛmū obiectū itellect⁹ ſub cui⁹ ratiõe oia intelliguntur. ſic patȝ de obiecto viſus. ſȝ nec ratio ſuƀe nec accidẽtis: ſed ſola ratio entl reperit̄ in oibus itelligibilibus. ergo ens ē pꝛimū obiectū intellect⁹ noſtri. ¶ Pꝛo iſta ɔ̄cluſiõe faciūt oēs ratiões adducte ꝓpꝛia ⁊ 2⁰ ɔ̄cluſioib⁹ pꝛie q̄ſtionis iſti⁹ ſcripti poſite in pꝛio. ⁊ iđ iſte rationes ſufficiãt. licet multe poſſent adduci.

Ad argumenta alteri⁹ opionis. ¶ Ad illud q̄rti metha. de ſano. ⁊c. dico ꝙ ph̄s q̄rto metha. ɔ̄cedit oꝛdinẽ eſſentialẽ iter ſpecies eiuſdẽ gñis. nã ibi vult ꝙ in q̄libet gñe ē vnū pꝛmū qđ ē mẽſura oim alioꝝ. mẽſurata autẽ hñt oꝛdinẽ eſſẽtialẽ ad mẽſurã. et tñ nõ obſtãte tali attributõne null⁹ negat ɔ̄ceptū generl eſſe vnū. qꝛ p̄dicat̄ in quid đ pluribus differẽtib⁹ ſpecie. Si ei ge⁹ nõ hẽret vnū ɔceptū aliū a ɔ̄ceptibus ſpecierū: nullus ɔ̄ceptus diceretur in q̄d de plurib⁹. ſed q̄libet de ſeipſo. et ſic idẽ pꝛedicaretur de eodẽ. ⁊ nõ gen⁹ de ſpecie. Cõfirmat̄. qꝛ philoſophus ſeptio ph̄icoꝝ. vt iã allegatū eſt dicit. ꝙ i gñibus latẽt equocatiões. pꝛopter qđ nõ poteſt eſſe ɔ̄paratio ſecūdū gen⁹. nõ tamẽ ē ibi equocatio in gñe quãtuȝ ad logicū. ſed quãtū ad realem phiſi. qꝛ nõ ē ibi vnitas nature. oēs ergo auctoꝛitates q̄ eſſẽt de illa materia. ſiue i metha. ſiue i phica poſſẽt exponi ꝓpṫ diuerſitateȝ realẽ illoꝝ in q̄bus eſt attributio. cū q̄ diuerſitate ſtat vnitas ɔ̄cept⁹ abſtrahibilis ab eis. ſicut pȝ de gñe. ɔ̄cedo ergo ꝙ accñs habet attributionẽ eſſẽtialẽ ad ſubſtãtiã. ⁊ per ɔ̄ñs ꝙ ens ē analogū ad ea. ⁊ tñ ab hoc ⁊ ab illo põt abſtrahi vn⁹ ɔ̄cept⁹ cõis vniuoc⁹. nã analogia realis ⁊ vniuocatio methaph̄ſicalis: realr̄ nõ repugnãt i eodẽ ɔceptu. ¶ Ad illud qđ adducit̄ đ ſeptio metha: dicẽdū ꝙ argumẽtū de ſilī nõ ɔcludit. ꝓ̄ ṗtãto ergo eſt verū ꝙ accidẽtia ſūt entia ſic logici dicūt nõ ens eſſe ens. ⁊c. q̄ten⁹ inter ſubſtãtiã ⁊ accñs ē analogia ſcđȝ ꝑfecti⁹ et iperfecti⁹. cū q̄ tñ ſtat ṽa vniuocatio. vt dictuȝ eſt. vñ ibidẽ dicit Ariſto. ꝙ talia nõ dicūt̄ equoce. ſed ad vnū. ¶ Ad aliud de pꝛio phicoꝝ ɔ̄tra parmenidẽ et melliſſū. dicẽdū ꝙ ph̄s loq̄tur de m̄ltitudiẽ ſuppoſito

rū. q̄ nõ repugnat vniuocatiõi. vt eſt dictū i exponendo litterã. Pꝛicipiū eni ɔ̄tra eos ē accipere. ꝙ ens multiplr̄ dr̄. nõ equoce. ſȝ multiplr̄. ideſt de m̄lt]. ad iq̄rẽdū de quo itelligūt. ſic ſi diceret̄ oia eſſe vnū aial. contra eos eſſet diſtinguẽdū de aiali. ⁊ querere đ q̄ aiali itelligit̄. ideſt quereret̄. vtrū oia eſſẽt vn⁹ hõ. vel vnus aſin⁹. ¶ Ad pꝛimã rõnẽ. nego ɔ̄ſequẽtiã. ꝙ ens eſſȝ genus. Ad ꝓbationẽ. dicẽdū ꝙ ꝓcedit ab iſufficiẽti. nam aliqđ deficit enti rõne cui⁹ nõ põt eſſe gen⁹. ſcȝ ꝙ ens đ aliq̄bus ɔ̄ibus differẽtȝs pꝛedicat̄. de illis ſcȝ q̄ ſumūt̄ ab alia re q̄̃ ſit res a qua ſumitur gen⁹. tales eni differentie ſic eſt foꝛte rõnale includūt ens q̄ditatiue. ſȝ h̄ eſt ɔ̄tra naturã generis pꝛedicari. ſcȝ q̄ditatiẽ de dr̄a. ¶ Ad ɔ̄firmationeȝ de illis q̄nqȝ vniuerſalib⁹ poſit]a poꝛphirio. dicẽdū ꝙ poꝛphiri⁹ oꝛdiat librū ſuū ad p̄dicamẽta Ariſtotelis. ſicut ipſemet ꝓmittit in ꝓhemio. loquitur ergo đ illis vl̄ibus que aliquo mõ iueniūtur i linea p̄dicamentali. ſed pꝛeter illa eſt aliquod vl̄e qđ ē trãſcẽdẽs. qđ nõ pertinet ad aliqđ pꝛedicamẽtū. ergo ens ē vl̄e tranſcẽdens pꝛedicatū i quid. nec tñ ē genus nec ſpẽs. nec ꝓpꝛiū. ⁊c. ¶ Ad aliud ɔ̄cedo ꝙ ens đſcẽdit in decẽ genera ꝑ aliqua ɔ̄trahẽtia q̄ ꝓpꝛie nõ ſunt differentie. cū autẽ querit̄. aut includūt ens. aut nõ. dico ꝙ nõ icludūt ens foꝛmalr̄. ſic nec paſſiones entl. nec vltīe differẽtie. vt inferi⁹ oſtẽdã. et tamẽ nõ ſunt nihil. cū ergo arguit̄ ꝙ nõ ſunt entia. dicẽdū ꝙ nõ ſunt entia foꝛmaliter. ſūt tñ entia realiter et eſſentialiter. ꝙ autẽ illud qđ nõ eſt ens foꝛãliter dūmõ ſit ens realiter ſit đ intellectu entis nullū ē icõueniẽs. ſicut rõnale qđ ñ eſt aial foꝛãliter. eſt tñ de itellectu hoīs: q̄ eſt vẽ aial. ¶ Ad aliud đ extremis ɔ̄tradictõis. ⁊c. aut itelligit ꝙ illa ſūt ſub extrẽis ɔ̄dictõis totalr̄. h̄ eſt. ꝙ illa p̄ciſe ſūt extrema ɔ̄tradictionis. ⁊ tūc mioꝛ ē falſa. qꝛ deus vel ſubſtãtia nõ ē p̄ciſe hoc qđ ē eẽ nõ ab illo accipiẽdo ꝓpoꝛtiõabiliter. qm̄ illa neĉio dr̄ ẽt de chimera. ſicut nec creatura ē p̄ciſe illa neĉio nõ neĉe eſſe. qꝛ h̄ etiã ɔ̄ueit chimere. ſȝ tã de⁹ q̄̃ creatura tã ſuƀa q̄̃ accñs ē aliq̄d cui ɔ̄uenit alteꝝ extremū ɔ̄tradictiõis. ſi ḡ ſic accipias ma. ꝙ q̄buſcūqȝ ɔ̄ueniūt extrẽa ɔ̄dictõis: ipa nõ vniuocat̄ in aliq̄ cõi. illa maioꝛ ē falſa. nã oia didẽtia ꝑ ſe aliqđ cõe ſūt talia ꝙ de ipſis dicūt̄ extrẽa ɔ̄dictõis. ⁊ tñ vniocantur i ipo cõi diſo. Silr̄ i ꝓpoſito de⁹ ⁊ creatura: ſuƀa et accñs pñt recipe p̄dicatõnẽ ɔ̄dictõis. ⁊ tñ hñt aliquod ſubſtractū cõe illis extrẽis ɔ̄dictõis. rõne cui⁹ pñt hr̄e aliqđ cõe. ¶ Ad aliud. dictū fuit i pꝛia rõne p̄ncipali h⁹ ſcripti de deo ⁊ creatura lȝ ſint pꝛio diuerſa i realitate. qꝛ i nulla realitate ɔ̄ueniūt. nõ tñ ſūt pꝛio diuerſa i ɔ̄ceptu reali. quo mõ autẽ poſſint eẽ ɔ̄ueniẽtia i ɔceptu reali ⁊ nõ i realitate: dictū fuit ibi. Qđ aūt dr̄ ꝙ negatiua i q̄ negat̄ vnū gen⁹ gñaliſſimū ab alio nõ eſſet imediata. nego ɔ̄ñaȝ. Ad ꝓbatõnẽ cū dr̄ ꝙ extrẽa eſſẽt i aliq̄ toto. dico ꝙ ñ ſūt i aliq̄ toto qđ poſſit eẽ mediū i aliqua figura ſillogiſtica rẽouẽdo vnū ab alio. cū đ vtroq̄̃ affirmatie ipſū ens p̄dicat̄. pȝ h̄ cuilibet ſciẽti arteȝ ſillogizãdi. ¶ Ad vltimū đ attributiõe dico. ꝙ attributio ſola ñ poit vnitatẽ vniuocatõis. qꝛ vnitas attributiõis mioꝛ ē vnitate vniuocatõis. mioꝛ autẽ vnitas nõ arguit maioꝛẽ. tñ mioꝛ põt ſtare cū maioꝛi. ſic q̄ ſūt vnū gñe: ſūt vnū ſpẽ. lȝ vnitas gñis ſit mioꝛ vnitate ſpeciei Silr̄ i ꝓpoſito dico ꝙ lȝ vnitas attributiõis nõ arguat vnitatẽ vniuocatõis. tñ cū vnitate attributõis ſtat vni

tas vniuocatiōis.ſ3 vna nō ſit alia forālr̄.Exēplū.ſpēs
eiuſdē generis habēt eſſētialē ordinē ꝛ attributōnem
ad primū i illo gñe.ex decio methaphiſice.ꝛ tñ cū h̄ ſtat
vnitas vniuocatiōis cōcept⁹ ipſius generis reſpcū ſpe
cierū.Siłr in ꝓpoſito i rōne entꝪ i q̄ eſt vnitas attribu
tionis ipſa attributa hñt vnitatē vniuocatōnis. ¶ Ad
argumētū in oppoſitū de ꝓportōne dr̄ vno mō ꝙ ipſe
allegat aliū dicēdo ſi gs.ꝛc.ita ꝙ nō videt̄ loq ſcđꝫ itē
tionē ꝓpriā.¶ Aliter dr̄ ꝙ verū eſt accipiēdo equocū
ſic accipit̄ apud phiſicū realē.ſic etiā gen⁹ realiť dr̄ eq
uocū.ꝛ de tali equocatiōe loqt̄ porphiri⁹.¶ Cōtra.ipe
fuit logic⁹.ꝛ ita logice videt̄ loquutū fuiſſe.¶ Rñdeo
ꝙ multa dicūt̄ in logica nō logice:ſic in 2° metha.ꝙ in
oī moto ē materia. ꝛ tamē hoc cōſiderare magꝪ ptinet
ad phiſicū:q3 ad methaphiſicū.

¶ Quedā eni dicuntur entia quia ſūt ſubſtātie: et q̄dā
etiā quia ſunt paſſiones:et quedā accidētia:et quedaꝫ
q2 ſūt vie ad ſubaꝫ:aut ad rlonē:aut q2 ſūt nō ens.ꝛc.

Queritur Utrū negatō habeat di-
ſtinctā forālitatē: ab af-
firmatiōe cui opponit̄.¶ Et videt̄ ꝙ nō
nā qđ nō habet diſtictā intelligibilitatē
nō habet diſtictā forālitatē.ſ3 negatio ē
huiuſmodi.g̃ ꝛc. ꝓbatio miōris.q2 ñ ens
nō eſt obiectū itellect⁹. ꝛ ꝑ cōſeqñs nō pōt diſticte itel
ligi.ens eni ē obiectū adeq̄tū intellect⁹. illud g̃ qđ ſub-
terfugit rōnē entꝪ ſubterfugit rationē obiecti itellect⁹
ſed negatio nō eſt ens.g̃ nō pōt itelligi diſtincte.¶ Con
firmatur.q2 priuatio cognoſcit̄ per habitū. ꝛ negatō ꝑ
affirmationē.ſcđꝫ doctrinā phi. vñ affirmatio itelligit̄
in negatiōe.¶ Preterea:iter affirmationē ꝛ negationeꝫ
nō eſt dare mediū.cū ſint ꝯtradictoria. ſ3 ſi negatō poſ
ſet diſtincte cōcipi.qđ oꝫ cōcedere ſi habeat diſtictā fō
malitatē.tūc affirmatiōi ꝛ negatiōi eſſet aliqđ ꝯmūe ꝛ
mediū.ſc3 poſſe cōcipi.¶ Preterea. oīs forālitas ē ali-
quid poſitiuū.q2 act⁹ itellect⁹ cū ſit poſitiu⁹ nō videtur
poſſe termiari ad obiectū qđ nō eſt poſitiuū. ſ3 negatō
nō eſt aliqd poſitiuū g̃ nō habꝫ ꝓpriā forālitatē. ¶ Cō
tra.illa dicūt̄ habere diſtictas formalitates ex natura
rei:quoꝝ alteꝝ manet in aliq̄:altero nō manēte. ſ3 illa
negatio manet i hoīe ex natura rei:hō nō eſt aſin⁹.cui⁹
oppoſita affirmatia.ſc3 hō ē aſin⁹. nō manet i hoīe. ſic
patet.ergo illa affirmatio ꝛ negatio oppoſita diſtictas
habēt formalitates ex natura rei.

Rñdeo prio ꝑmittā aliq̄ neceſſaria.2°. dicā ad q̄-
ſtionē.¶ Quātū ad primū prio ꝑmittam
rationē formalitatꝪ.quā deſcribo ſic.¶ Forālitas ē ra-
tio obiectalis in re apphēſa ab intellectu ex natura rei
quā nō oꝫ ſēper mouere itellectū: dūmō actū itellect⁹
poſſit termiare.Qđ dico ꝑ tāto.q2 licꝫ aliqd poſſit ter
miare actū intellect⁹.nō tñ ſēꝑ poteſt itellectū ad ſui i-
tellectionē mouere.ſic cōiter dicit̄ ꝙ relatiōes ñ mo
uēt itellectū ratione depēdētie.et quia non ſunt aliqd
abſolutū.ꝛ tamē termināt actū intellect⁹. Siłr ꝓpri-
etates idiuiduales ex eo ꝙ nō habēt rōnē qd:iō ñ mo-
uēt itellectū.et tñ termināt actū ei⁹.ſiłr negatiōes ter
minād licet nō moueāt intellectū:q̄ten⁹ non ſūt entia.
Ita ꝙ tria regruntur ad hoc ꝙ aliquid moueat itelle-
ctū.primū.ꝙ ſit ens.2m.ꝙ ſit abſolutū.tertiū.ꝙ habe-
at rationē quid.vel eſſentie. ꝓpter primū: remouētur
negationes.ꝓpter 2m relationes.ꝓpter tertiuꝫ.omnis
proprietas ypoſtatica. vel proprietas perſonalis in di
uinis.et proprietates indiuiduales.que oīa:licet actuꝫ
intellectus terminent.nō tamen mouēt intellectum
¶ Ex iſta deſcriptione ꝯcludo correlarie. ꝙ quecunq̄
poſſūt diſtincte concipi per intellectū habēt diſtictas
formalitates ex natura rei.¶ Sed contra vltimū poſi
tum in deſcriptione.ſcilicet ꝙ aliquid poſſet termina-
re actum intellectus quod nō poteſt mouere itellectū
inſtatur.nam viſus videtur moueri a relatiōe quā di
cis non poſſe mouere itellectū.nā ex alio ꝛ alio ordine
obiectoꝝ fit alia ꝛ alia viſio.qđ non eſſet:niſi ille ordo
moueret viſū.ordo aūt ē relatio.ſi g̃ rela° pōt mouere
viſū.pari rōne ꝛ itellectū.¶ Preterea.vni⁹ potētie ꝛ act⁹
vni⁹ rōis ē vna rō obiectalis ꝛ vni⁹ rōnis.ſ3 oēs act⁹ in-
tellect⁹ ſūt vni⁹ potētie.ꝛ ſūt act⁹ vni⁹ rōis in rōne talis
act⁹.g̃ eoꝝ ē vna ratio i obo.ſ3 h̄ ñ poteſt eē rō t̄miatia
diſticta a motiua.q2 ſic eſſēt alie ꝛ alie rōes obiectales
g̃ ille rōes ñ ſūt ſic diſticte gn oē obm t̄minās itellectū
moueat ēt itellectū.¶ Preterea.ſi rō terminādi ſufficit
ad obm itellect⁹.g̃ vbi aliqd termiabit actū itellect⁹ ex
nā rei:illud eēt obm reale itellect⁹.ſ3 2e itētiōes termi
nāt actū itellect⁹. ꝛ tñ null⁹ diceret ꝙ ſūt obꝫ reale in-
tellect⁹.¶ Rñdeo ad ꝑmū ꝙ ille ordo ñ mouet viſū ſ3
extrēa illi⁹ ordis q̄ hñt rōneꝫ abſoluti. ſ3 ille ordo ſit q̄-
dā rō ꝯnexa ꝛ ſine q̄ nō. vñ ordo ille.cū ñ ſit obꝫ ꝓꝑuꝫ
nec cōe ſēſus:iō ñ ſolū ñ mouet ſēſū.ſ3 nec ēt termiat.
vñ cognitio ei⁹ ptinet ad altiorē potētiaꝫ q̄cūq̄ ſit illa
ſiue ſēſus cōis.ſiue intellect⁹.vel dato ꝙ ille ordo aliq̄
mō ꝑcipiat̄ a ſēſu.dico ꝙ ex h̄ ñ ſeqt̄ ꝙ moueat ſēſū:
ſ3 ſufficit ꝙ termiet actū ei⁹.¶ Ad 2m dico ꝙ rō obiecti
nō ē ꝑciſe mouere.ſ3 accidit.ſic pꝫ i potētia nutritiua ꝛ
augmētatia.ꝛ i alijs potētijs mere actiuis. hñt ei obm
nō motiuū potētie:ſ3 termiatiuū tm̄ act⁹ potētie.cū g̃ i
oī obo ſit rō terminatiua. ſeqt̄ ꝙ obm vt obm hꝫ rōnē
terminādi ñ mouēdi cui alludit nomē obi. nā obm vi-
det̄ ſignificare illud qđ obijcit̄ po°. ꝛ circa qđ termiat̄
act⁹ alic⁹.¶ Ad aliud de 2is itētiōib⁹ dico ꝙ 2e itētōes ñ
terminānt ex nā rei.nā ipe fabricat̄ ꝑ actū intellect⁹ ne-
gociātꝪ.iō ñ fruſtra poſui ꝙ forālitas ſit ratio repta in
re ex nā rei.¶ 2m qđ ꝑmitto ē h̄. ꝙ diſtin° forālis ſiue
ꝑ forālitates iportat nō idētitatē aliq̄ꝝ q̄ꝝ vnū exclu-
dit aliud a ſuo ꝯceptu forāli i ꝑmo mō dicendi ꝑ ſe. vt
oē illud dr̄ diſtigui ab alio forālr̄ qđ nō eſt idē ſibi in
prio mō dicēdi ꝑ ſe.¶ Tertiū qđ ꝑmitto ē h̄. ꝙ negatō
ꝯparat̄ ad duas affirmationes.q̄ꝝ vnā icludit ꝛ ꝑſup-
ponit.aliā vō deſtruit ꝛ excludit.vbi grā.homo ñ ē aſi
nus:reſpicit affirmatiaꝫ iſtā hō ē aſin⁹. ꝛ iſtā hō eſt hō.
ꝑmā ꝺſtruit ſic pꝫ.ſcđaꝫ ſuppōit ꝛ icludit v̄tualr̄ in ſuo
ſubo.nā ꝓ tāto iſta ē vā.hō nō ē aſin⁹: ꝑ quāto hō ē hō.
nega° aūt diſtiguit̄ ꝛ plificat̄ ſcđꝫ diſtinctionē ꝛ plifica
tionē affirmationis quā deſtruit.ꝛ ſic ē vna vni⁹. ſcđꝫ
phm ꝑ piarm.q2 vni affirmationi vna ne° oppōit̄. ñ āt
ſic ſm affirmationē quā icludit.gn imo vni⁹ affirmatō
nis ſint plēs negatiōes.vñ illi⁹: hō ē homo. ſūt ille ne-
gatiue.hō nō eſt aſin⁹.hō nō eſt lapis. ꝛ ſic ꝺ alijs gbuſ-
cūq̄ in quibus negat̄ aliquid vere de homine.

Quantum ad 2m reſpōdeo ad queſtionē ſecū-
dū duas cōcluſiōes.¶ Prima con-
cluſio eſt iſta. negatio nō habꝫ diſtictā formalitatē ab
affirmatione quā includit et ſupponit. Hanc oſtendo
ſic.qđ nō habet diſtictā cōceptibilitatē ex natura rei

a cõceptibilitate alteri⁹:nõ habet diſtinctã formalita-
tẽ a formalitate illi⁹. ſʒ negatio ẽ huiuſmodi reſpcũ af-
firmatiõis quã icludit ꝛ ſupponit. ğ ꝛc. maioꝛ pʒ ex pce
dẽtib⁹. ꝓbatio mioꝛis. nihil ẽ diſticte ↄceptibile ab eo
qð icludit i rõne ſua intriſeca. ſʒ negatio icludit in ſua
rõne affirmationẽ quã ſuppõit. nã de rõne negatiõis ẽ
nõ tamẽ tãtũ pꝛedicatũ negatũ. ſed etiã ſubiectũ. qð ẽ
virtualiꝰ ipſa affirmatio ſuppoſita. ❡ Cõfirmaꝰ. qꝛ im
poſſibile ẽ itelligere negatiuã hãc: hõ nõ eſt aſin⁹. niſi
itelligaꝰ hõ qui ſubycitꝰ in illa ꝑpõne negatia. itelligẽ
do autẽ hoiem itelligiꝰ ↄtualiter ꝙ hõ eſt hõ. q̃re ne-
gatio illa nõ põt itelligi ſine illa affirmatia quã ſuppo
nit. ❡ Secũda cõcluſio ſit iſta. negatio habʒ diſtictam
formalitatẽ ab affirmatiõe quã dſtruit ꝛ excludit. hãc
oñdo ſic. illa quoꝝ vnũ dicit pfectionẽ ſimplr. ꝛ aliud
iperfectionẽ ex natura rei: habẽt diſtictas cõceptibili
tates ꝛ formalitates. ſed in deo nõ eſſe aſinũ dicit pfe
ctionẽ ſimplr. ꝛ ſua affirmatõ quã excludit dicit impfe
ctionẽ ex natura rei. ſcilʒ deum eſſe aſinũ. et hoc ex na
tura rei. ſic pʒ. ğ negatio ꝛ affirmatõ habẽt diſtictas fõ
malitates. ❡ Similr põt poni exẽplũ i creaturꝭ. nã iſta
negatiua: hõ nõ eſt aſin⁹: dicit pfectionẽ i hoie. affirma
tiua autẽ oppoſita dicit iperfectionẽ. ſcꝫ: hõ eſt aſin⁹.
❡ Preterea. illud qð nõ ẽ idẽ alteri in pꝛio mõ dicendi ꝑ
ſe diſtiguiꝰ ab eo foꝛãliter. ꝛ ꝑ cõſequẽs habet diſtictã
foꝛãlitatẽ. ſed negatio ẽ hꝰ reſpcũ affirmatiõis quã ex
cludit. ğ ꝛc. maioꝛ pʒ. ex pcedẽtib⁹. mioꝛ etiã pʒ. qꝛ nul
la negatio icludiꝰ i ↄceptu affirmatiõis. nec eſt ſibi idẽ
in pꝛimo modo.

Ad argumenta

Ad pꝛimuʒ dico ꝙ minoꝛ ẽ
falſa. ad pꝛobationẽ dico ꝙ ens eſt obiectũ adeq̃tũ in-
tellectus ſecũdũ totũ ãbitũ analogie ſue quã habet ſe-
cundũ oꝛdinẽ entiũ ad pꝛimũ ens. ꝛ hec ẽ intẽtio phi i
hoc quarto. vbi põit ſubiectũ metha^ce: ens vt ens. ꝛ oñ
dit hoc debere itelligi ſecũdũ analogiam entiũ ad pꝛi-
mũ ens. inter q̃ enumerat negatiões ꝛ pꝛiuatiões. que
dicũtur entia ſecũdũ aliquã reductõnẽ ad pꝛimũ ens.
❡ Ex quo pʒ ꝙ ſcia methaphice extẽdit ſe nõ tantum
ad entia poſitiua. ſed etiã ad negatia ꝛ pꝛiuatia. qꝛ ens
qð eſt ei⁹ ſubiectũ extẽdit ſe ad vtrãqꝫ. qð ſi inferi⁹ phi
loſoph⁹ diſtiguit ens a nõ ente. vbi loqꝰ de pꝛio pꝛinci
pio. qꝛ ipoſſibile ẽ idẽ eſſe ꝛ nõ eſſe. intelligẽdũ ẽ ꝙ log
tur de ente vt determiaꝰ ad ens poſitiuũ. ſic eni ens ꝛ
nõ ens ſe excludũt. ❡ Ad cõfirmationẽ dicẽdũ ꝙ ſi phi
loſoph⁹ dicit negationẽ cognoſci ꝑ affirmationẽ. ꝛ pꝛiua
tionẽ per habitũ. hoc ẽ veꝝ ꝓ quãto per ſpeciẽ habit⁹
cognoſciꝰ pꝛiuatio. ꝛ per ſpeciẽ affirmatiõis cognoſciꝰ
negatõ. nihilomin⁹ tamẽ nõ ſeqꝰ q̃n poſſint diſticte co
gnoſci. De negatiõe vͦo poſſet dici ſpecialiter ꝙ ipſa co
gnoſciꝰ per affirmatõnẽ quã icludit. ꝛ ab illa nõ cogno
ſciꝰ ſeoꝛſũ. ❡ Ad aliud dico ꝙ iter ↄtradictoꝛia realiꝰ ñ
eſt mediũ reale. ſʒ ẽ eis aliq̃ rõ cõis et itẽtio rõis q̃ dici
põt de vtroqꝫ. ſcꝫ poſſe ↄcipi ex parte obiecti. nec hꝰ ẽ i-
cõueniẽs. cũ nec̃e ſit cõcedere cõtradictoꝛia poſſe itel
ligi. quocũqꝫ mõ ponãtur. ❡ Ad aliud diciꝰ vno mõ ꝙ
nõ opoꝛtet ſi act⁹ intellect⁹ ſit poſitiu⁹: ꝙ illud qð ẽmi-
nat ſit poſitiuũ. ❡ Cõtra. quia actus ſpecificãꝰ ab obie
ctis. Rñdeo. licet act⁹ arguãtur diſtigui ex obiectꝭ. tñ
nõ ſpecificãꝰ. qꝛ nihil ſpecificaꝰ foꝛmaliter ꝑ illud qð
eſt ſibi extriſecũ. vel dicã ꝙ ſpecificanꝰ ex obiectꝭ mo
tiuis ſolũ. ❡ Aliter diciꝰ. ꝙ foꝛãlitas attẽdiꝰ penes ip-
ſum cõcipi abſtracte ſũptũ. et illud eſt quid poſitiuũ. li
cet ipſũ ſubſtractũ huic qð eſt cõcipi ſit poſitiuũ vel ne
gatiuũ. ita ꝙ in re q̃cq̃d ↄcipitur. vel ẽ poſitiuũ. vel ne
gatiuũ. ſed hoc qð dico cõcipi penes qð attẽdiꝰ foꝛma
litas abſtrahit ab vtroqꝫ. ſic ens cõſideratũ a metha-
phiſico eſt ens poſitiuũ. et tamẽ eſt cõmune ſaltẽ ↄmu
nitate analogie enti poſitiuo ꝛ negatiuo. qꝛ vt habetur
hic in littera. methaphic⁹ cõſiderat negatiões ꝛ pꝛiua
tiones. qð nõ eſſet veꝝ: niſi cõtinerentur ſub ente. qð
eſt ſubiectũ methaphice. alias obiectũ non eſſet adeq̃
tum ſcie. ❡ Ex quo ↄcludo coꝛrelarie. ꝙ qꝛ obiectũ ha
bit⁹ nũq̃ꝫ excedit obʒ potẽtie. idcirco obiectũ itellect⁹
extẽdit ſe ad ens poſitiuũ ꝛ negatiuũ. quare negatões
ꝛ pꝛiuatiões poterũt vtiqꝫ diſtincte cõcipi ab itellectu
cũ nõ ſubterfugiãt obiectũ eius. cõcedo ergo ꝙ ois fõ
malitas ẽ aliq̃d poſitiuũ. et tamẽ negatio ẽ intelligibi-
lis: nõ itellecta affirmatõe. qꝛ cũ ex natura rei ab ea di
ſtinguaꝰ. ideo cogiꝰ itellect⁹ ad eam diſticte cõcipien-
dũ. ❡ Ex oibus dictis patet ꝙ ſubiectũ methaphice. ꝛ
obiectũ intellect⁹. ꝛ foꝛãlitas ſũt eq̃lis ãbit⁹ ꝛ extẽdẽ-
tia ſe ad oẽ ens tã poſitiuũ q̃ꝫ negatiuũ.
❡ Si igitur ens ꝛ vnũ idẽ et vna natura: eo ꝙ ſe adiui-
cem cõſequũtur ſic pꝛincipiũ ꝛ cauſa: ſed nõ vt vna ra
tione oſtẽſa: nil autẽ differt nec ſi ſimiliter ſuſcipiam⁹
ſed ꝛ pꝛeopere magis. dẽ ei et vnus hõ. et homo. ꝛ ens
hõ: et nõ diuerſũ aliquid oſtẽdit ſecũdũ dictionẽ repe
titã. homo. ꝛ ens homo. ꝛ vnus homo.

Queritur Utrũ vnũ ꝛ ens ſignifi-
cent eandẽ naturã. ❡ Et
videꝰ ꝙ nõ. qꝛ ſi ſic. iſta erit vͣa: tñ vnũ
eſt ens. ↄñs ẽ falſũ. ğ ꝛ añs. falſitas ↄñtꝭ
pʒ. ex pꝛio phicoꝝ. vbi iꝑbaꝰ parme-
nides q̃ poſuit tãtũ vnũ eſſe. ꝓbatio ↄſe
quẽtie. quãdo aliq̃d p̃dicaꝰ de aliq̃ cõuertibiliter: p̃di
caꝰ de eo cũ dictione excluſiua. ſic ſi hõ ꝛ riſibile ↄuer
tũtur: verũ eſt ꝙ hõ tantũ eſt riſibilis. ❡ Preterea. diui-
dẽs nõ ſignificat eãdẽ naturã cũ diuiſo. ſʒ vnũ diuidit
ens. ğ nõ ſignificãt eãdẽ naturaʒ cũ ente. ꝓbaꝰ maioꝛ.
qꝛ da oppoſitũ. tũc vnũ didẽs ex q̃ oppõiꝰ cõdidẽti nõ
ꝑticiparet diuiſũ. ſi ei rõale diceret eãdẽ naturã cũ ai-
mali: irrõale nõ ꝑticiparet aial. Silr i ꝓpoſito. cũ vnũ
ꝛ mlta didãt ens: ſi vnũ ſignificaret eãdẽ naturã quã
ens. ğ mltitudo eẽt nõ ens. ꝛ ſic vnũ ꝛ mlta ñ eſſẽt dſe
entꝭ. ❡ Preterea. vnũ ẽ determiati gñis. ens aũt ñ ẽ deter-
miati gñis. ğ ñ ſignificãt eãdẽ naturã. ꝓbatõ maioꝛis.
qꝛ cui⁹ ſpẽs oẽs ſũt dtermiati gñis: ipſũ ẽ dtermiati ge-
neris. ſʒ oẽs ſpẽs vni⁹. ſcꝫ ſile ꝛ diſſile. eq̃le ꝛ ieq̃le. ſunt
dtermiati gñis. qꝛ de gñe relatõis. ❡ Cõtra. phs i lr̃a q̃
dicit ꝙ ens hõ: ꝛ vn⁹ hõ idẽ ſignificãt. Qð ꝓbaꝰ dupliꝰ
tũ qꝛ non ſeparanꝰ i gñatiõe ꝛ coꝛruptiõe. tũ qꝛ ens et
vnũ p̃dicãt eãdẽ naturã ꝛ eſſẽtiã cuiuſlibʒ ꝑ ſe. et nõ ꝑ
accidens. ergo ſignificãt eandẽ naturam.

In iſta q̃ſtiõe ſic ꝓcedã. pꝛio q̃daʒ opio p̃mitteꝰ.
2° ei⁹ iꝑbatio appõeꝰ. 3° ad q̃ſtioneʒ aliꝰ
diceꝰ. ❡ Quãtũ ad p̃mũ ſciẽdũ ẽ ꝙ eſt vna opio Auicẽ.
cui⁹ ↄcl'o ẽ. ꝙ ẽs ꝛ vnũ ſignificãt aliã naturã. ❡ In ſua
aũt põne dicit tria. Pꝛimũ dictũ ẽ. ꝙ ens ꝛ vnũ p̃dicãꝰ
ð oib⁹ entib⁹. 2^m ꝙ nõ ſũt idẽ ſcðʒ naturã: licʒ ſint idẽ
ſubõ. ſic paſſio ꝛ ſubʒ. q̃ ſũt idẽ ſubõ. 3^m dcm ẽ ꝙ vnũ ẽ
dtermiati gñis. ſ. ð gñe q̃ꝫtitatꝭ. ꝛ per ↄñs nõ ↄuertiꝰ cũ
ente. ❡ Pꝛimũ dictũ ſupponit tãquã veꝝ. 2^m dictum

ꝓbatur tripliciter.tū quia ſi vnū ⁊ ens ſignificāt eā-
dem naturaꝫ. ergo multitudo non eſt ens. ꝯña proba-
tur ſicut prius ī opponēdo. tū ſcđo. qꝛ dicēdo ens vnū:
eſſet nugatio. qđ eſt falſū. cōſequētia patꝫ. quia tūc idē
bis diceret. tū tertio. qꝛ qđ ſignificat idē alicui ꝑdicat
de eo in quid. ſed vnū nō predicat in quid de ente. ſed
tantū denoīatiue. ergo ⁊c. ¶ Tertiū dictuꝫ probat ſic.
oīs vnitas eſt de genere quātitatꝭ. ergo vnū nō ē con-
uertibile cū ente: nec dicit eādē naturā cū eo. aña ꝓba-
tur. qꝛ oīs vnitas que cū alia cōſtituit numeꝝ ē de gñe
quātitatꝭ ſic̄ et ipſe numerꝰ cōſtitutꝰ. nā ſi cōſtitutū eſt
in genere quātitatis: ſeqtur ꝙ ꝯſtituētia ſūt in genere
quātitatis. ſed q̄cūq; vnitas ē huiuſmodi. ergo ⁊c. cōſe-
quētia patet. qꝛ ens ē trāſcēdēs. qꝛ nihil quod eſt deter-
minati generis eſt cōuertibile cū ente.

Quantum Ad zm ſciendū eſt ꝙ cōtra Auicen-
nā arguit ſuus emulus cōmētatoꝛ
cōmēto tertio. Si vnū nō dicit eandē naturā cuꝫ ente:
ſed aliqđ additū. accipio iſtā ꝙ hō eſt vnus. vnūquod-
q; autē eſt vnū ſua vnitate. tūc ſic. aut homo eſt vnꝰ per
ſe. aut per accidēs. ſi per ſe. habet ꝓpoſitū. quia hō q̄
ē quoddā ens eſt vnus. nō per aliqđ additū. ſi homo eſt
vnus per accñs. ergo ꝑ aliqđ additū. et tūc querā de il-
lo addito. quia vel ē vnū per ſe. vel per aliud. ſi ꝑ ſe. pa-
ri ratione ſtādū ē in pꝛio. ſi per aliud. querā de illo alio
ſic̄ prius. et ſic vel erit proceſſus in infinitū. vel ſtabit ī
aliquo qđ eſt vnū ꝑ ſe. et nō per aliquid additū. Sꝫ qc-
quid ſit de cōcluſiōe. iſta ratio tamē nō cōcludit. ſꝫ pec-
cat dupliciter. pꝛio. per fallaciā figure dictionis: mutā-
do quo in qđ. ſic̄ homo eſt albꝰ. per ſe vel per accidens.
ſi per accidēs. ergo per aliud. et tunc querā de illo alio
vtrū ſit albū per ſe. vel per accñs. ſi per accidēs. g̊ per
aliud. ⁊ tūc q̄rā de illo alio. et ſic ꝓcedēdo. vt priꝰ. q̄re
ſeqtur ꝙ homo ſit albꝰ per ſe. Iſte modus arguēdi nō
valet. quia cōcludit euidēter falſū. mutat eñi quo ī qđ.
nā albedo ē pꝛīcipiū quo hō eſt albus. nō tamē habet
rationē quod. quia albedo nō ē alba ꝓpꝛe loquēdo. iō
dato ꝙ hō ſit albꝰ per aliud. quia ꝑ albedinē. nō tñ đbꝫ
vlteriꝰ queri. vtrū albedo ſit alba ꝑ ſe. vel ꝑ accñs. niſi
mutet quo ī quod. Silr in ꝓpoſito ipſū vnū dato ꝙ ſit
aliud ab ente. nō pōt q̄ri. vtrū ſit vnū per ſe. vl ꝑ aliud
ſed mutat quo ī qđ. nā ipſū vnū ſic habet rationē quo
ens eſt vnū: ꝙ nō pōt habere rationē qđ. vnitas ei non
eſt vna ꝓpꝛie loquēdo. zo peccat ratio ꝑ equocationeꝫ.
nā ſic̄ per ſe dr duplr. ſcꝫ pꝛio mō. ⁊ zo. ita etiā per accñs
dicit duplr. vno mō. vt opponit ꝑ ſe pꝛio mō. alio mō:
vt opponit ꝑ ſe zo mō. ens ergo denoīatū ab vno ē vnū
per accñs. vt opponit pꝛio mō per ſe. nō tñ vt opponit
ſcđo mō. nā vnū cū ſit paſſio entꝭ predicat de ente per
ſe ſcđo mō. ſi ergo īferas. ſi per accñs. g̊ ꝑ aliud. ¶ Rñ-
deo. ꝙ per aliud dr duplr. vnoº. per aliud ab vtroq; ex-
trēo. alioº. per aliud ab altero extrēo tātū. ens g̊ ē vnuꝫ
per aliud. nō pꝛio mō. ſꝫ zo mō. ſic̄ hō ē riſibilis: nō ꝑ ali-
ud ab ipſo hoīe. ſꝫ per aliud a riſibili. qꝛ ꝑ formā ꝓpꝛiā
q̄ eſt aliud a riſibili. ⁊ nō aliud ab ipſo hoīe. ita dr ī ꝓpo-
ſito. ¶ Dimiſſa ergo īpugnatiōe cōmēta. Aliter arguo
cōtra Auicēnā. ⁊ pꝛio cōtra pꝛimū dictū. cuꝫ eñi dicit.
ꝙ ens ⁊ vnū predicātur de oībꝰ. quero an ꝑdicat de oī-
bus vniformit. aut difformiter. nō vniformit. qꝛ vnuꝫ
ſēper ꝑdicat denoīatiue. cū ſit paſſio. ens aūt ꝑdicat q̄-
ditatiue. licꝫ forſā aliqñ poſſit denoīatiue ꝑdicari. ſi di-
cas ꝙ ꝑdicat difformiter ſic ītelligendo ꝙ ens ꝑdicat
q̄ditatiue de oībꝰ. vnū vo de oībus denoīatiue. ¶ Cōtra
pꝛimū inſtatur ⁊ arguit. ꝙ ens nō predicat quiditatiue
de vltimis drñtijs. qđ probat duplr. pꝛio ſic. Sint due
differētie. a. et. b. tūc vel. a. ⁊. b. includūt ipſū ens quidi-
tatiue. vel nō. ſi nō. habet ꝓpoſitū. qꝛ ens nō ꝑdicat
de eis in q̄d. Si vero īcludūt ipſū ens. cū non ſint oīno
idē inter ſe habēt quo ꝯueniūt. et quo differūt. g̊. a. ⁊. b.
nō erūt pꝛio diuerſa nec vltīe drē. ſed drñtes. q̄ differt
alijs differētijs. ſint ille alie. c. et. d. tūc arguit de iſtis.
ſic̄ de pꝛioꝛibꝰ. quia vel īcludūt ens q̄ditatiue. vel nō. et
ſic ꝓcedēdo. vel erit ire in īfinitū ī differentijs. vel ſta-
bitur ad aliq̄s oīno nō includētes ens q̄ditatiue. qđ ē ꝓ-
poſitū. qꝛ ſole ille erūt vltīe. ¶ Preterea zo probat idē
a ſilī. ſic̄ ē in cōpoſitiōe reali: ita ē ī cōpoſitiōe ꝯceptuū.
qꝛ ſic̄ ens cōponit ex actu ⁊ potētia ī re: ita cōceptꝰ cō-
poſitꝰ per ſe vnꝰ cōponitur ex cōceptu potētiali ⁊ actua-
li. ſeu determīabili ⁊ determināte. Sic̄ ergo reſolutio
entꝭ cōpoſiti ſtat vltīo ad ſimplr ſimplicia. ſcꝫ ad actuꝫ
vltimū ⁊ potētiā vltimā que ſūt pꝛio diuerſa. ita ꝙ ni-
hil vniꝰ includit aliquid alteriꝰ. alioqn nec h̄ eſſet pꝛio
actꝰ. nec illud eſſet pꝛio potētia. nā qđ īcludit aliqđ po-
tētialitatꝭ. nec ē pꝛio actꝰ. nec ecōuerſo. Silr oꝫ ēt ī ꝯce-
ptibꝰ ꝙ oīs cōceptꝰ cōpoſitꝰ per ſe vnꝰ reſoluit in cōce-
ptū determinabilē ⁊ determinātē. ita ꝙ illa reſolutio
ſtat ad cōceptꝰ ſimplr ſimplices. ſcꝫ ad cōceptū detmi-
nabilē tantū q̄ nihil determinās īcludit. ⁊ ad cōceptuꝫ
detminātē tātū q̄ nihil detmīabile īcludit. cōceptꝰ ille
determīabilis ē cōceptꝰ entꝭ. cōceptꝰ autē determinās
ē cōceptꝰ vltīe differētie. iſti ergo cōceptꝰ erūt pꝛio di-
uerſi. ita ꝙ vnꝰ nihil īcludit alteriꝰ. ⁊ ſic ens nō poterit
ꝑdicari ī q̄d de vltimis drñtijs. ¶ Si aūt loqt Auicen-
na de ꝑdicatiōe a parte entꝭ ſiue ſit q̄ditatiua ſiue deno-
mīatiua forte verū dicit. ¶ Cōtra zm dictū arguit ſic. q̄-
cunq; ſūt idē realiter dicūt eandē naturam. ſed ens ⁊
vnū. ſubiectū et paſſio. ſūt idē realiter. ergo ⁊c. ꝓbatō
minoꝛis. illa quoꝝ ſeparatio includit cōtradictōnē ſūt
idē realiter. ſed ens et vnū. ſubiectū ⁊ paſſio ſūt huiuſ-
modi. quia eoꝝ ſeparatio includit cōtradictionē. ergo
⁊c. maioꝛ patet. quia ſicut ex ſeparatōe aliquoꝝ argui-
tur diſtinctio realis. alioqui cōtingeret eideꝫ ſimul eſ-
ſe et non eſſe. qđ eſt oppoſitū pꝛimi pꝛīcipij. ita econtra-
rio ex īpoſſibili ſeparatiōe aliquoꝝ ſine cōtradictione
probat eoꝝ identitas realis. probat minoꝛ. ex quarto
huius de vno et ente. que ſe cōſequūtur in generatiōe
et coꝛruptiōe. ¶ Probat etiā generaliter de omni paſ-
ſione. nā ſi pꝛopꝛia paſſio eſſet ſeparabilis a ſubiecto:
tūc ineſſet ſibi contingēter. et per cōſequēs cū ſcīa ſit
de neceſſarijs. ſillogiſmus cōcludēs paſſionē de ſubie-
cto nō eſſet ſcientificꝰ. quod eſt manifeſte falſū. ¶ Cō-
tra tertiū dictum arguitur multipliciter. ¶ Pꝛio ſic. ſi
vnitas eſſet de genere quātitatꝭ. ergo quātitas erit po-
ſterioꝛ oībus alijs predicamentis. conſequēs eſt falſū.
tū quia quantitas ponitur pꝛioꝛ oībus predicamentis
accidentalibus. tū quia īmediatius ineſt ſubſtantie q̄
aliquod aliud predicamētū. cōſequentia probatur. qꝛ
quicquid eſt pꝛius pꝛioꝛi: eſt pꝛius poſterioꝛi. ſed vnuꝫ
cum ſit paſſio omniū predicamentoꝝ. ⁊ paſſio ſit natu-
raliter poſterioꝛ quocūq; ſubiecto. ſequitur ꝙ omnia
alia ſunt pꝛioꝛa ipſo vno. vnum autē ponitur pꝛius ip-
ſa quantitate. cum ſit pꝛincipiū in genere quantitatis.

quare ſeqꝛ ꝙ alia predicamēta ſunt priora quātitate.
¶ Preterea. ſubſtātia prior ē oī accidēte. ex ſeptio hu-
ius. ſꝫ prius in ſuo priori ē cognoſcibile ſine poſteriori.
ergo ſuba in ſuo priori eſt intelligibilis ſine quātitate.
et itelligiꝛ vt vna. quia indiuiſa a ſe. ⁊ diuiſa a quocū-
ꝗ alio. talis ergo vnitas ē ſine quātitate. ¶ Preterea.
nullū trāſcēdēs eſt determiati generis. ſed vnū ē tran
ſcēdēs. quia cōuertitur cū trāſcēdēte. ſcꝫ cū ente. ergo
vnū non erit alicuiꝰ determiati generis. ¶ Preterea. ni-
hil vniꝰ predicamēti eſt paſſio alterius extra illud ꝑdi-
camētū. ſed vnitas ē paſſio oīs entis. ergo nō eſt alicu
ius determiati ꝑdicamēti. maior patet. qꝛ paſſio eſt ea
dē realiter cū ſubiecto. predicamēta autē ſunt realiter
diſtincta ⁊ ipermixta. ergo ⁊c̄.

Quantum ad tertiū pricipale ſic procedā. pri-
mo premittā aliq̄s diſtictōes. 2º oſtēdā aliquas cōclu-
ſiōes. ¶ De prio ſit hec pria diſtictio. ꝙ vnū duplr̄ dici
tur. quoddā ē ei vnū quod eſt pricipiū nūeri. et quod-
dā qđ cōuertitur cū ente. primū vnū ē in genere quāti
tatis. 2m vnū ē trāſcēdēs ⁊ paſſio entꝭ. Et quia qđlibet
vnū eſt pricipiū alicuiꝰ nūeri: ideo ſit iſta ſecūda diſtin
ctio. ꝙ numerꝰ eſt duplex. vnus de genere quātitatis.
alius trāſcēdēs. primꝰ numerꝰ cauſatur ex diuiſiōe cō-
tinui. 2ꝰ numerꝰ cauſatur ex diuiſiōe ſeu diſtictiōe eſſē
tiaꝝ. pricipiū primi nūeri eſt vnū de gñe q̄titatꝭ. princi
piū ſecūdi ē trāſcēdēs: qđ cōuertiꝛ cū ente. ⁊ ideo p̄mꝰ
nūerus ē quātitatū. 2ꝰ eſt quiditatū. ¶ Tertia diſtictō
ſit iſta. ꝙ vnū qđ cōuertiꝛ cū ente poteſt accipi duplr̄.
vno mō cōiter large et ſimplr̄. et ſic ē paſſio vnica entꝭ
cōuertibilis cū ente ſimplr̄. Alio mō pōt accipi ſtricte
determiate. ⁊ ſcđꝫ qd. ⁊ hoc mō opponiꝛ multitudini.
et eſt paſſio entis nō vnica. ſed diſiūcta. ⁊ eſt paſſio con
uertibilis cū ente nō ſimplr̄. ſed cū diſiūctiōe. ¶ De 2º
ſit iſta pria ɔcluꝰ ens ⁊ vnū nō dicūt eādē naturā con-
uertibiliter. ſi vnū accipiaꝛ proprie ſtricte ⁊ ſcđꝫ quid.
ſi autē accipiaꝛ vnū cōiter ⁊ ſimplr̄. ſic vnū ⁊ ens dicūt
eādē naturā cōuertibiliter. Pria pars cōclōnis proba
tur ſic. qꝛ ſi ens ⁊ vnū ſic acceptū dicerēt eādē naturā
cōuertibiliter: de quocūq; predicareꝛ vnū ⁊ alteꝝ. ſed
ens predicaꝛ de mltitudīe. ergo et vnū. qđ ē falſū de vno
ſic accepto. 2a pars cōcluſiōis ſic patꝫ. qꝛ de quocunq;
predicaꝛ ens. de illo predicaꝛ vnū large ⁊ ɔiter ſūptū.
et hoc mō multitudo eſt vnū ſic ens. ¶ Secūda ɔcluꝰ
ſit iſta. ens ⁊ vnū nō dicūt eandē naturā q̄ditatie ⁊ for
maliter. Hāc oſtēdo ſic. tū prio. qꝛ eſſet nugatio dicen-
do ens vnū. ſic quādo dicimꝰ hō aīal. vel ecōtra. tū ſe-
cūdo. quia predicarētur de ſe in abſtracto. ⁊ ſic iſta eēt
vera. entitas ē vnitas. qđ ē falſū. cōſeq̄ntia patet. quia
que ſūt idē quiditatie vidētur de ſe i abſtracto ꝑdica-
ri adiuicē. vt forte verū ē dicere. hūanitas ē aīalitas.
nō curo de exēplo. exēpla eni ponimꝰ. ⁊c̄. prio prioꝝ:
tū 3º qꝛ ens ⁊ vnū nō predicātur de ſeiuicē in q̄d. ergo
nec dicūt eādē naturā quiditatie ⁊ formaliter. ɔña pꝫ.
ſꝫ añs ꝓbaꝛ. qꝛ cū vnū ſit paſſio entꝭ ꝑdicaꝛ de ente ꝑ
ſe in 2º mō. ens aūt de vno per ſe nullo mō: ſꝫ per acci-
dens ꝑdicaꝛ. qꝛ ſcđm phm prio poſterioꝝ. ꝑdicatōnes
per ſe nō cōuertūtur. tū q̄rto. qꝛ illud qđ nō cōtinetur
in aliq̄ eoꝝ q̄ diuidūt ens ſufficiēter ⁊ icludūt ipſū q̄di
tatiue: nō icludit ens q̄ditatie. ſꝫ vnū ⁊ alie paſſiōes en
tis ſūt huiuſmodi. ergo vnū ⁊ alie paſſiōes entꝭ nō icludūt
ens q̄ditatiue. maior pꝫ. ſed mior ꝓbatur. qꝛ ens ſuffi-

ciēter videꝛ diuidi tāq; i illa q̄ includūt ipſū quiditati-
ue in ens icreatū. et i decē gñā. ⁊ i partes eſſētiales de-
cē generū. ſꝫ vnū ⁊ paſſiōes entꝭ nō ē aliqđ decē geneꝝ
vt patꝫ. nec ēt eſt ens ex ſe icreatū. qꝛ ɔuenit entibꝰ cre
atis. nec ē ſpēs i aliquo gñe: vel pricipiū eſſētiale alicu
ius generis. qꝛ oē tale icludit limitationē. nullū aūt
trāſcēdēs de ſe eſt limitatū: alioqui repugnaret enti-
infinito. nec poſſet de ipſo dici formaliter. qđ ē falſum
qꝛ oīa tranſcēdētia dicūt perfectionē ſimplr̄. ⁊ cōueni-
unt deo in ſūmo. tū quito. qꝛ ſi vnū icludit ens quidita
tiue. vel icludit ipſū preciſe. vel addit aliquid aliud. nō
prio mō. qꝛ tūc illud ens eēt paſſio ſuypſius. ſi ſcđo mō
illud aliud qđ addit ſit. a. ergo. a. includit ens. vel nō. ſi
includit. ergo vnū icludit ens bis. ⁊ ſic eſſet ꝓceſſus in
infinitū. vel vbicūq; ſtetur illud erit vltimū qđ erit d̄
rōne vniꝰ. ſi nō icludit ens: voceꝛ. a. tūc ſic. vnū rōe en
tis nō eſt paſſio. qꝛ idē nō eſt paſſio ſui. ergo illud aliud
icluſū qđ eſt. a. eſt paſſio entꝭ prio. ⁊ ē tale qđ nō icludit
ens q̄ditatiue. pꝫ ergo ex ꝑdictꝭ ꝙ ens ⁊ vnū nō ſignifi
cāt eādeꝫ naturā forāliter ⁊ q̄ditatie. ſilr̄ ē de alys paſ
ſionibꝰ entꝭ. ¶ Tertia cōcluſio ſit iſta. ens ⁊ vnū dicūt
eādē naturā realiter. licꝫ diſtiguanꝛ formaliter. vt oñ-
ſū eſt i precedēti cōcluſiōe. iſta cōcluſio patet per phꝫ
in lr̄a. tū qꝛ nō ſeparāꝛ quātū ad gñationē ⁊ corruptō
nē. tū qꝛ ſūt idē realiter i tertio d̄ quo ꝑdicāꝛ ꝑ ſe. nō ꝑ
accñs. ergo iter ſe ſūt idem realr̄. ¶ Quarta ɔº ſit iſta. vnū
qđ ē paſſio entꝭ dicit forālr̄ aliq̄d poſitiuū. ¶ Ad cuius
euidētiā ſciēdū ꝙ quidā doctor tenet oppoſitū: dicēs.
ꝙ vnū vt diſtictū formalr̄ ab ente: nō dicit formaliter
aliquid poſitiuū. ſꝫ dicit forālr̄ duplicē negationē. pri-
ma negatio ē ſuypſius. ſeu a ſeipſo idiuiſio. ⁊ hec nega-
tio fūdaꝛ ſuꝑ idētitatē eiuſdē a ſe: qua ſcꝫ ipſū ē ipſuꝫ.
Secūda negatio ē diuiſio a q̄cūq; alio qđ nō ē ipſū. ⁊ h̄
negatō pōt dici nō idētitas alteri. ita ꝙ pria negatio ē
negatio diuerſitatꝭ. ⁊ 2a idētitatꝭ. ¶ Pro iſta ɔcluſione
ſua argr̄ prio ſic. illud poſitiuū qđ dicit formalr̄ ipſuꝫ
vnū ſecūdū te vt diſtiguiꝛ ab ente. vel ē vnū. vel non
vnū. nō ē dicēdū ꝙ nō vnū. ergo vnū. tūc ſic. vel ē vnū
poſitie ſeipſo. vel aliq̄ alio. ſi aliq̄ alio de illo q̄raꝛ. ⁊ ſic
i infinitū. ſi ſeipſo. ergo ſua vnitas nō addit aliq̄d ſupra ſe
ipſū. ergo ſilr̄ dicā de ente. ſcꝫ ꝙ ſeipſo poſitie eſt vnū.
⁊ ꝑ ɔñs vnū vt formalr̄ diſtinguiꝛ ab ente nō dicit ali-
q̄d poſitiuū. ¶ Preterea. ens vt ſecūdū ſuā rōnē forālez
diſtiguiꝛ ab vno. vel ē vnū. vl̄ nō. ⁊ oꝫ dicere ꝙ ē vnū.
alioq̄n ſecūdū ſuā rōnē formalē ñ diſtigueretꝛ ab alte-
ro. tūc vt priꝰ. ſi illa vnitas dicit aliq̄d poſitiuū. q̄ro de
illo. ⁊ ſic in ifinitū. vel ſtādū eſt in hoc ꝙ ens poſitie ſe-
ipſo ē vnū. ergo vnitas nō addit ſupra ens aliq̄d poſitiuū.
¶ Preterea. q̄cūq; i creaturꝭ formalr̄ diſtigunꝛ ⁊ qđli
bet ē poſitiuū diſtiguiꝛ realr̄. ergo ſi vnū ⁊ ens forālr̄ diſti
gūtur ⁊ qđlibꝫ ē poſitiuū: diſtiguiꝛ etiā realiter. ſꝫ h̄ eſt
falſū. ergo illud ex q̄ ſeqꝛ. maior pꝫ. qꝛ cū neutrū iſtoꝝ po
ſitiuoꝝ ſit ifinitū itēſiue nō icludit ꝑ idētitatē realita
tē alteriꝰ. Et cōfirmaꝛ. quia aliter hō nō eſſet vnꝰ ſecū
dū ſubaꝫ. vt dicit hic littera. ¶ Sed cōtra hāc opionē
arguiꝛ. et prio ɔtra cōcluſionē in ſe. 2º reduco rōnes in
cōtrariū. Cōtra ɔcluſionē ſic. nulla negatio eſt idē rea-
liter alicui ꝑ ſe poſitiuo. ſꝫ vnū per te ē idē realiter ipſi
enti. ergo vnū nō eſt negatio formaliter. maior ꝓbaꝛ.
qꝛ aliter idē eſſet realiter poſitiuū ⁊ realr̄ negatiuū. qđ
videtur implicare cōtradictionem. Scđo reduco ra-

tiones contra eũ p̄rio ſic. ſcd̃m te vnũ ſupra ens addit
duplicē negationē. accipio eā. tūc ſic. vel illa vnitas ſi/
ue duplex negatio eſt vna ſeipſa. vel alio. ſi ſeipſa: pari
ratione ſtādū erit in p̄rio. ſcilꝫ ꝙ ens ſit vnū. ſine dupli
ci negatione. ⁊ ſic aliqd eſſet formaliter vnū ſine vni/
tate. qđ videt̄ abſurdū. ſi eſt vnū aliquo alio. querā de
illo. et ſic vel procedet̄ in infinitū: vel ſtabit̄ in aliquo
alio qđ eſt vnū ſeipſo ſine illa duplici negatōne. qđ eſt
manifeſte falſū. ¶ Pretea. illa rō peccat ꝑ fallaꝫ figu/
re dictionis. mutādo quo in quod. Unde rn̄deo ad for
mā. ⁊ dico ꝙ vnū addit ſupra ens aliquid poſitiuū. qn̄
dicitur illud vel eſt vnum ſeipſo: vel aliquo alio. dico
ꝙ vnū cuꝫ ſit p̄cipiū quo nō debet dici prop̄e vnū. qꝛ
ſic haberet rōnē quod. ſic̄ albedo nō eſt alba. licꝫ illud
ſit quo aliqd eſt albū. qn̄ ergo dicis ꝙ eodē mō erit de
ente. nō valet ille modus arguēdi. mutādo quo in qđ.
dicā eni ꝙ illud poſitiuū quod dicit vnū formalr̄ non
eſt vnū formalr̄ nec formaliter nō vnū: ſed ē illud quo
ens eſt vnū. Secūdā rōnē reduco ſic. qꝛ querā de illo
negatiuo ſic̄ prius. et ꝯcludet̄ ꝯtra te. ¶ Ad formam
reſpōdeo ꝙ ens vt diſtictū formalr̄ ab vno nō eſt vnū
formaliter. nec nō vnū. ſꝫ abſtrahit ab vtroqꝫ. ſi tamē
nō vnū accipiat̄ poſitiue vel ꝯtrarie. nō p̄uatie ſolū
vel negatie. nā vtrūqꝫ ens vt ſic forāliter acceptū ē non
vnū. ſicut ꝯcept⁹ entis dicitur eſſe finit⁹ vel ifinit⁹ for
maliter poſitiue. ſꝫ eſt nec finit⁹ nec ifinit⁹. ¶ Aliter po
teſt dici ꝙ ens ſi accipiat̄ vt diſtinguit̄ ab vno ⁊ quera
tur vtrū ſit vnū vel nō vnū. poteſt dici ꝙ ly vt. vel acci
pitur reduplicatiue. vel ſpecificatiue. ſi p̄rio mō. ſic ly
ens vt diſtiguit̄ ab vno. nec ē vnū vel nō vnū ꝯtrarie
vt dictū ē. ſi ſpecificatie. ſic ens vt diſtiguit̄ dicitur eſ
ſe vnū. ⁊ ē ſēſus ꝙ ens qđ diſtiguit̄ formaliter ab vno
eſt vere vnū. ſed ex hoc nihil habes. Tertiā rōnē redu
co ſic. ſcd̃m te ens ⁊ illa duplex negatio dr̄nt formalit̄.
ergo ⁊ realit̄. qđ ē ꝯtra te. ꝯn̄a ꝓbat̄ ſcd̃m te. qꝛ cū neu
trū ſit ifinitū intēſiue nō includit per idētitatē realita
tē alteri⁹. nec refert dicere vtrū ſint ābo poſitia vl̄ nō.
ſed hoc accidit dūmodo neutrū extrēoꝝ ſit infinituꝫ
intēſiue. qꝛ per te illa ē cā preciſa. qꝛ quecūqꝫ dr̄nt for/
maliter: differūt et realiter. ¶ Ad formā: dē maior. ſi
intelligat̄ realiter. id eſt ex natura rei. nō tn̄ ſic realr̄ di
ſtingūtur ſic̄ res ⁊ res. et tūc ꝯcedo argumētū. ⁊ ſic eſ
ſet i propoſito. ¶ Aliter poſſet dici ꝙ ratio nō eſt ad ꝓ
poſitū. qꝛ arguit̄ de his q̄ ſūt i creaturl. ens autē ⁊ vnū
cū ſint trāſcēdētia abſtrahūt a creato ⁊ icreato. ⁊ repe/
riuntur in vtroqꝫ. ¶ Dimiſſa ergo hac opiōne: probat̄
q̄rta ꝯcluſio ꝓpoſita. p̄rio ſic. qꝛ vnū dicit ꝑfectioneꝫ
ſimplr̄. ſed negatio non dicit perfectionē ſimplr̄ de ſe
formalit̄. ergo ipſū vnū nō eſt pura negatio. maior pꝫ.
quia in quolibet meli⁹ eſt ipſū q̄ꝫ nō ipſū. et hec ē dſcri
ptio perfectiōis ſimplr̄. quā poīt Anſel. monologiō 3°.
et ꝓpter hoc ſūma vnitas attribuit̄ p̄rio enti: cui nulla
ꝯpetit iperfectio. mior patet. qꝛ p̄uatio habet rōneꝫ
mali. vt ſic. et ſimilit̄ negatio. ¶ Pretea. nūq̄ꝫ in p̄ua/
tionibus aliq̄ reducūtur ad primuꝫ tale. qꝛ nō eſt dare
ſūmū malū. ſed ſic oīa bona reducūtur ad ſūmū bonū
ita oīa vna ad primū vnū. ergo vnū nō habet formalit̄
rōnē p̄uatiōis. ¶ Preterea. nulla ꝑuatio ſuſcipit ma/
gis et min⁹. ſed vnū ſuſcipit magl ⁊ min⁹. quia ſimplex
eſt magis vnū q̄ꝫ ꝯpoſitū. ergo vnū nō dicit ſolā ꝑua/
tionē. ¶ Preterea. negatio non habet rationē mēſure.
ſed oportet mēſurā eſſe aliqd poſitiuū. vnū autē habꝫ
ratōnē mēſure in quolibet gn̄e. ex decio hui⁹. ergo ⁊c.
¶ Pretea. īpoſſibile ē aliqđ poſitiuū ꝯponi intriſece
ex p̄uatiōibus. ſed numerus ē aliqđ poſitiuū qđ ꝯpōi
tur itriſece ex vnitatib⁹. g̊ vnitates nō ſūt formaliter
p̄uatiōes. Sed doctor q eſt alterius opinionis reſpō
dit ad iſtas rōnes dicēdo ꝙ vnū. et per ꝯſequens nu/
merus duo dicit. ſcilꝫ aliquid poſitiuū quod eſt ipſum
ens: vel plures entitates. et dicit aliquid negatiuū. ſcꝫ
ipſaꝫ vnitatē vel plures vnitates. quaꝝ quelibet dicit
formaliter duplicē negationē. ita ꝙ vnū licet formalr̄
dicat negationē: tamē dicit fundamētū poſitiuū. ſcilꝫ
ipſū ens. cui eſt ideꝫ realiter. ¶ Dicitur ergo ꝙ vnū eſt
perfectio formaliter. nō ſimplr̄. ſed ratione fūdamēti
quātū ad primā rōnē. ⁊ dicit ꝙ plura reducūtur ad ſū/
mū vnū: nō formaliter: ſed rōne fūdamēti quantū ad
ſecūdā rationē. ⁊ ꝙ vnū ſuſcipit magis et min⁹. nō for
maliter: ſed rōne fundamēti: quātū ad tertiā rationē.
et ꝙ vnū habet rationē mēſure. nō formaliter. ſed rōe
fundamēti. quātū ad quartā rōnem. et ꝙ numer⁹ quā/
tū ad illud qđ dicit poſitiuū ꝯponitur ex vnitatib⁹ ra
tione fūdamēti. inquātū vero dicit aliquid negatiuꝫ
ꝯponitur ex vnitatibus vt dicūt formaliter aliquid ne
gatiuū quantū ad quītā rationē. ¶ Sed ꝯtra iſtam re
ſponſionē licet videatur apparēs arguitur. nā vnū eſt
vera paſſio entis vel ratione fundamēti. vel ratiōe ali
cui⁹ additi ſupra ens. nō primo mō quia ideꝫ foret paſ
ſio ſuimet. ſi ſecūdo mō. vel illudædituꝫ eſt poſitiuū.
et ſic habeo propoſitū. vel ē negatiuū. et tūc ꝯtra. tuꝫ
quia nulla negatio vel p̄uatio eſt idē realiter cū po/
ſitiuo. quia vt ſupra argutū eſt idē eſſet realiter negati
uū ⁊ poſitiuū. ſed paſſio q̄ eſt vnū eſt idē realit̄ cū ſub/
iecto quod ē ens. tum qꝛ negatio eſt realiter ⁊ formalr̄
nihil. ſi ergo vnū eſt negatō ſeqtur ꝙ nihil ⁊ nō ens eſt
realiter paſſio entis. et ſic ꝙ idē eſt realiter ens et rea/
liter nō ens ⁊ nihil. que vidētur abſurda. ſtat ergo con
cluſio ꝙ vnū addit aliquid formaliter poſitiuꝫ ſupra
ens. ¶ Ad rationes Auicēne in oppoſitū. Ad primā. ne
go ꝯſequētiā. cui⁹ falſitas patet ex tertia diſtinctōne.
et p̄ria ꝯcluſiōe. nā equocat de vno ſūpto ſimplr̄ vl̄ ſe
cūdū quid. ¶ Ad ſcđaꝫ nego ꝯſequētiā. ad probatōeꝫ
dicēdū ꝙ nō repetitur oīo idē bis. qꝛ cū idētitate reali
ſtat diuerſitas formalis vel diſtinctio formalis ex na/
tura rei. que tollit nugationē. et ideo dicēdo ens vnuꝫ
nō eſt nugatō. ¶ Ad tertiā negat̄ maior. dūmodo ſit i/
ter illa diſtictio formalis et ex natura rei: ꝓpter quaꝫ
diſtinctionē paſſio nō p̄dicat̄ in quid de ſubiecto. et
ſimiliter dico i propoſito. ¶ Ad quartum nego añs. ad
probationē dicendū ꝙ duplex eſt numerus. ſicut pa/
tet ex ſecūda diuiſione. vnitas ergo que eſt principiuꝫ
numeri cauſati ex diuiſione ꝯtinui vtiqꝫ eſt de genere
quātitatis. ſed de tali vno nō loquimur nūc. ſꝫ de vno
quod ē p̄cipiū numeri cauſati ex diuiſiōe eſſētiaꝝ. ſi
iferas. g̊ oīs vnitas ē de gn̄e quātitatis: ē falſa ꝯn̄tis.

Ad argumenta p̄cipalia. cū ifert̄. g̊ tātuꝫ
vnū ē ens. ꝯcedo accipien
do vnū ꝓportōabilit̄ cū ente. ſcꝫ ſi cōiter: cōiter. ſi par
ticulariter: particulariter. nā cū vnū ſit paſſio entl vni
formiter accipitur ſicut ipſū ens. cum dicitur ꝙ hoc i/
fertur contra parmenidem primo phiſicorum. dicen/
dum ꝙ parmenides poſuit omia entia vnū ſignifica/

tum ⁊ particulare ſimplr̄ et ſecūdū rē. cōtra quē bene valet iꝓbatio pħi. ſed ego nō pono ſic. ¶ Ad ſecūduꝫ dicēdū ꝙ vnū diuidēs ipſū ens eſt vnū ſūptū ſecūduꝫ quid ⁊ determiate. ⁊ de hoc arguit ratio. de quo ↄceſſū eſt i pⁱa ↄcluſiōe ꝙ nō dicit eādē naturā cōuertibileꝫ cū ente. ſed hoc nō obſtāte vnū ſūptū ſimpliciter qđ ē paſſio entꝭ dicit eādē naturā ↄuertibilē cū ente. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ vnū nō eſt determinati generis. cū ſit trāſcēdēs. Ad ꝓbationē dicēdū ꝙ mioꝛ eſt falſa. qꝛ lꝫ idē ſile ⁊ equale dicūtur relatiōes ⁊ videantur eſſe de gn̄e relatiōis: tn̄ poſſūt accipi trāſcēdēter. quaten⁹ omne ens oī enti cōparatū. vel eſt idē vel diuerſū. vel ſile vel diſſile. eq̄le vel ieq̄le. ¶ Et ſic patꝫ ad q̄ſtionē.

¶ Hoc aūt oīm firmiſſimū ē pⁱcipioꝝ. Tex. ↄmē. 9.

Queritur Utrū iſtud pⁱcipium Impoſſibile ē idē ſil' eē et nō eſſe: ſit firmiſſimū ⁊ notiſſimum. ¶ Et arguitur ꝙ nō triplici via. tū quia eſt falſū. tū qꝛ ē aliud eo noti⁹. tū qꝛ ↄtigit dubitare de eo. ⁊ ꝑ ↄn̄s errare. ¶ Ex prima via arguitur ſic. qꝛ aliqua oppoſita poſſūt eideꝫ ineſſe. ergo et contradictoꝛia. conſequētia patet. quia cōtradictio includitur in qualibet ſpecie oppoſitōnis. cū ſit pⁱa oppō. ex quarto hui⁹. añs ꝓbaꝛ dupliciter. pⁱo de cōtrarꝗs q̄ pn̄t eidē ineſſe. qꝛ cuicūq3 ieſt gen⁹ ineſt aliq̄ ſpēs ei⁹. ſed ſcutū cui⁹ vna medietas ē alba et alia medietas ē nigra ē coloꝛatū. ergo denomiaꝛ ab aliq̄ ſpē colorꝭ. qua aūt rōne denoiaꝛ ab albedīe: parꝭ rōne a nigredīe. ergo ſimul erit albū ⁊ nigrū. que ſunt ↄtraria. 2⁰ probaꝛ idē añs de relatīe oppoſitꝭ. qꝛ idē eſt duplū ⁊ dimidiū. ſeq̄tur eni: ſi aliq̄d eſt duplū ad B. ergo ē duplū. qꝛ oppoſitū cōſequētis nō ſtat cū añte. ſilr̄ ſeq̄ꝛ. ſi ē dimidiū ad B. g° ē dimidiū. g° ē duplū ⁊ dimidium. Ex 2ª via arguiꝛ ſic. ꝓpō affirmatiua ē notioꝛ negatiua. qꝛ notioꝛ ē affirmatio q̄3 oppoſita negatō. vt dicitur in hoc q̄rto infra. ſed iſtud pⁱcipiū eſt propō negatia. vt pꝫ: g° aliq̄d eſt noti⁹ iſto pⁱcipio. ¶ Pꝛetea i ſillogiſmo ex oppoſitꝭ cōcluſio debet eſſe notioꝛ p̄miſſis i falſitate. ſꝫ i p̄miſſis accipiūꝛ oppoſita ↄtradictoꝛie. in cōcluſione autē negatur idē a ſe. exēplū. hō eſt aīal. hō nō eſt aīal. g° aīal nō eſt aīal. ergo aliq̄d in falſitate ē noti⁹ q̄3 ſit oppoſitū pⁱmi pⁱcipꝗ. ⁊ ꝑ ↄn̄s aliq̄d ē noti⁹ in veritate pⁱo pⁱcipio. ſcꝫ oppoſitū illi⁹ falſi notiorꝭ. ¶ Ex tertia via argr̄ ſic. oīs nr̄a cognitio icipit a ſēſu. ſꝫ circa oēm cognitionē ſēſitiuā cōtigit errare. g° circa intellectiuā. ſꝫ illud pⁱcipiū cognoſciꝛ cognitiōe intellectiua. pꝫ. ergo ⁊c. ¶ Pꝛetea. ↄtigit ſcire i vlī ⁊ ignoꝛare i ꝑticulari. ex 2⁰ pⁱoꝝ. ita ꝙ cōtigit opinari i ꝑticulari oppoſitū vlis. ſꝫ illud ꝑticulare ē ↄtradictoꝛiū vlis ſciti. vt oēm mulā eſſe ſterilē ⁊ hāc nō. g° ↄtigit ↄtradictoria opinari. ¶ Cōtra. philoſoph⁹ hic in littera.

Reſponſio Dicēdū eſt cū pħo ꝙ hoc primum pⁱcipiū eſt firmiſſimū. ex eo ꝙ cōueniūt ſibi cōditiones pⁱcipꝗ firmiſſimi. tū quia circa ipſū nō ↄtingit errare nec dubitare. tū quia nō ē cōditionale. tū qꝛ neċe ē venire in mētē hn̄ti termīos ipſius. Iſte autē ſūt tres cōditiones pⁱncipꝗ firmiſſimi. ¶ Pⁱa cōditio probaꝛ. ſcꝫ ꝙ nō cōtingit circa ipſū dubitare. qꝛ ſi ſic. tūc poſſet opinari cōtraria ieſſe eidē. vt ꝙ idē ſit calidū ⁊ frigidū. ſic eni arguit ↄmēta. et pħs i textu. ¶ Sed ↄtra iſtā rationē arguiꝛ. ⁊ videꝛ ꝙ petat nā omnis ratio ad ipoſſibile cuius cōcluſio nō eſt i falſitate notioꝛ q̄3 premiſſa iterimēda petit. et ſic ē i ꝓpoſito. qꝛ cōſequēs nō ē magis icōueniēs q̄3 añs. nā ſi aliquis opinaꝛ cōtradictoꝛia eſſe ſimul: mlt̄o magꝭ ↄtraria. ¶ Reſpōdeꝛ duplr̄. pⁱo ꝙ cōſequēs ē magꝭ ipoſſibile ſecūdū ſenſū. nā pħs dicit i fine hui⁹ quarti. ꝙ nullus ſēſus dicit idē ſimꝉ eſſe ⁊ nō eſſe. ¶ Aliter rn̄deꝛ ꝙ pħs hic nō arguit cōtra negātes primū pⁱcipiū. ſꝫ ad recipiētes ipſū ꝓbādo ꝙ ſit firmiſſimū. noti⁹ eſt auteꝫ in falſitate ꝙ cōtrarie opiones de cōtrarꝗs ſūt ſimꝉ in aīa: q̄3 ꝙ primū pⁱcipiū ſcđm itellectū ē noti⁹. noti⁹ eſt eni mihi ſecūdū itellectū ꝙ cōtrarie opiones nō poſſunt ſimul eſſe in aīa mea q̄3 ꝙ iſtud pⁱcipiū ſit firmiſſimū. quare nō opoꝛtet fugere ad aliqđ noti⁹ ſecūdum ſenſū. Unde notādū ꝙ philoſoph⁹ ⁊ cōmētatoꝛ nō ducūt ad hoc icōueniēs ꝙ aliquis opineꝛ ↄtrarie oppoſita. ſed ꝙ cōtrarie opiones ſint in aīa ei⁹. ſic opiones cōtradictorioꝝ. licet ↄmētatoꝛ magꝭ videaꝛ ire ad ipſa oppoſita. ¶ Secūda ↄditio probaꝛ. ex hoc ꝙ oēs ꝓpōes reducūtur ad iſtā. quare nō eſt ↄditiōalis patꝫ. ¶ Tertia ꝓbaꝛ ex hoc ꝙ ē pⁱa dignitatū. quare non pōt acq̄ri per aliud. ergo ſtati cognoſciꝛ notis termis. ſic dictū eſt in exponēdo litterā.

Ad argumenta in oppoſitū. ¶ Ad primuꝫ de prima via negādo añcedēs. cū dicitur ꝙ aliq̄ oppoſita poſſūt eidē ineſſe. ¶ Ad primā ꝓbationē de ↄtrariis dicēdū ꝙ illa ↄtraria nō inſūt ſcuto ſimplr̄: ſed ſecūdū q̄d. cū eni diciꝛ ꝙ cuicūq3 ieſt gen⁹ ⁊ aliq̄ ſpēs. dico ꝙ veꝝ eſt ꝙ ineſt aliq̄ ei⁹ ſpēs vel ſimplr̄. vel ſcđm q̄d. ſic ē i propoſito. qꝛ ſcuto ieſt albedo ⁊ nigredo ſcđꝫ aliam ⁊ aliā partē. iſto mō etiā ſcꝫ ſecūdū q̄d ieſſe eidē cōtradictoꝛia nō ē ipoſſibile. ſic diceꝛ iferi⁹ in hoc codeꝫ q̄rto. ſic eni nō inſūt ſecūdū idē. ¶ Ad ſecūdā ꝓbatōeꝫ de relatiuis dicēdū per idē ꝙ nō ē ſecūdū idē. nā mōs diciꝛ magn⁹ ⁊ paru⁹. ⁊ ideꝫ duplū ⁊ dimidiū. nō ad idē ſed ad diuerſa. iferre ergo idē eſſe ſimplr̄ magnū ⁊ paruū. duplū ⁊ dimidiū. eſt ignoꝛātia elēchi. Conſequētie tamē ille que ſūt Ariſto. i predicamētis. ſ. ꝙ ſi aliq̄d eſt duplū ad hoc. g° duplū. ⁊c. ſūt hōe. per hoc ei ꝓbat pħs magnū ⁊ paruū nō eſſe cōtraria. qꝛ dicūtur de eodem. nō tamē ſimplr̄: ſed ſecūdū q̄d. qꝛ i cōparatione ad diuerſa. ¶ Ad primū de ſecūda via dico ꝙ illud pⁱcipiū eſt realiter ⁊ foꝛāliter affirmatiuū. quāuis ſecūdū vocē ſit negatiuū. ſic et iſta ꝓpō. nō ipoſſibile ē hoīeꝫ currere. vnde valet iſtā poſſibile ē hoīeꝫ currere. ſeq̄ꝛ etiam illud pⁱcipiū. ipoſſibile ē idē ſimꝉ eē ⁊ nō eſſe: ideꝫ valet ꝙ iſta. neċe eſt idē nō ſil' eſſe ⁊ nō eſſe: que ē affirmatiua de mō. ⁊ tali negatiua nō eſt neceſſariū aliquā affirmatiuā eſſe notioꝛē. ¶ Ad aliud de eadē via dicēdū ꝙ philoſoph⁹ in libro pⁱoꝝ docet multos ſillꝭos ex ypotheſi per quos nō ↄtigit aliq̄d ꝓbare. docet eī ſillogizare ex falſis. ſecūdū quē modū nūq̄3 aliq̄d probaꝛ. ſilr̄ de ſillꝭo circulari. ſecūdū queꝫ nihil cōtigit ꝓbare. imo eo ipſo ꝙ eſt circularꝭ nihil probat. ſilr̄ diceꝛ i ꝓpoſito de ſillogiſmis ex oppoſitꝭ. ¶ Aliter dr̄ ꝙ notius eſt ipoſſibile eſt aliq̄d ſil' eſſe ⁊ n̄ eſſe: q̄3 negatō eiuſdē de ſe q̄ cōcludiꝛ in ſillꝭo ex oppoſitꝭ. vn̄ licet foꝛſā aliq̄s negaret ꝙ idē ſit ipſū. tamē nūq̄3 concederet ꝙ idē ſit ipſū et nō ipſū. vn̄ noti⁹ eſt in falſitate ꝙ idē ſit ipſū et nō ipſū. q̄3 ꝙ idē nō ſit ipſū. prima reſpōſio eſt melioꝛ. ¶ Ad aliud de tertia via dicendū ꝙ oīs deceptio q̄ pōt

fieri extra ꝑ ſēſū nō falſificaret primū principiū. nūq̄ .n. aliquis ſēſus iudicat qḋ hoc ſēſibile ſit ⁊ nō ſit i eodē īſtāti. vel dato qḋ ſēſus erraret circa ipſū tn̄ ꝑ itellectū tanq̄ ꝑ potētiā nobiliorē corrigeret̄ error ſēſus. ¶ Ad vltimū dicēdū qḋ verꝫ eſt qḋ cōtigit ſcire i vli ignorando i particulari. cui⁹ cā eſt. q2 nō ꝯtractat̄ minor. cū maiori. vn̄ ſm pħz ꝯmo poſterioꝝ maior pōt ſciri ꝓus tpe q̄ minor vel cōcluſio qn̄. ſ. minor nō applicat̄ cum maiori ſi tn̄ applicet̄ eodē tpe ſcit̄ ⁊ minor ⁊ maior ⁊ cōcluſio. ¶ Ad formā cū dr̄ qḋ cōtigit ignorare i particulari ⁊ ſcire i vli. dico qḋ verꝫ eſt ꝓpter hoc q2 neſcit̄ illud particulare ꝯtineri ſub illo vli. ſꝫ ꝓpter hoc nō ſciūtur ꝯdictoria. nō .n. opinor ꝯdictionem niſi opiner hāc mulā eſſe ꝯtentā ſub mula. ⁊ hoc n̄ facio vt ſupponit̄. ꝙ ſi oppinarer hāc mulā cōtineri ſub mula impoſſibile eſt ignorare hāc mulam eſſe ſterilem. nā applicata maiori cum minori ſtatim ſcitur vt dictum eſt.

¶ Nā nāq̄ ꝑcipiū ⁊ aliaꝝ dignitatū hec oiuꝫ: ⁊c̄.

Queritur Utꝝ hoc ꝑncipiū. īpoſſibile eſt idē ſil' eſſe ⁊ n̄ eē ſimplr̄ ſit primū ⁊ videt̄ ꝙ nō: q2 eſt reſolubile i alia ꝑcipia priora. ſ. in terminos ꝓprios q ſūt ꝑcipia icōplexa vnūqḋq̄ enim reſoluit̄ i ea ex q̄b⁹ cōponit̄.

¶ Cōtra. pħs hic i lr̄a q dicit ipꝫ eē ꝑmū oiuꝫ dignitatū.

Respondeo primo ꝑmittā q̄dā vtilia. ſcḋo dicā ad q̄ōem. ¶ Quātū ad primū ſit iſtud primū dictū ꝙ q̄dā ꝓpoſitōes ſūt affirmatiue ⁊ q̄dā negatiue ꝓpoſitio affirmatiua vocat̄ idētidica. i. dicēs ⁊ notās idētitatē ꝑdicati ad ſ biectū ſiue ſit idētitas accn̄talis ſiue eēntialis exēplū primi. hō eſt albus. exēplū ſcḋi. hō eſt aīal. ꝓpoſitio negatiua vocat̄ diuerſidica. i. dicēs vel notās diuerſitatēꝫ ꝑdicati ad ſubiectū. exēplū. hō nō eſt aſinus. ¶ Scḋꝫ dictū ſit iſtud. ꝙ i ꝓpoſitionibus iſtis ſiue ſint affirmatiue ſiue negatiue eſt ordo i primitate: nā q̄dā eſt primo prima. ⁊ q̄daꝫ ſcḋo prima q̄daꝫ tertio prima: ⁊ ſic ꝑ ordinē: ſm ꝙ plus vel minus accedūt vel recedūt ad ꝓpoſitionem primo primā. exēplū i affirmatiuis: hō eſt hō. ē primo prima. hō eſt aīal rōale eſt ſcḋo prima. hō eſt aīal eſt tertio prima. hō eſt riſibilis eſt i quarto gradu: hō eſt albus eſt in q̄nto gradu. ⁊c̄. pꝫ. n. ꝙ iſte hn̄t ordinē i primitate. ſi ꝯſideret̄ idētitas extremoꝝ. ſilr̄ eſt dare ordinē i negatiuis. nā prior ē iſta hō nō eſt equus. q̄ iſta hō nō eſt hinibilis. ¶ Tertiū dictū eſt ꝙ idē i cōparatiōe ad diuerſa eē prius ⁊ poſterius nō ē icōueniēs. ſicut pꝫ i linea ꝑdicamētali. nā gen⁹ ſubalternū eſt prius reſpectu ſpeciei ſpecialiſſime. ⁊ poſterius genere generaliſſimo. Silr̄ i ꝓpoſito ꝓpō 2° prima eſt prior reſpectu ꝓpoſitōis q̄ ē 3° prima ⁊ poſterior ꝓpoſitōe q̄ ē primo prima.

Quantum ad ſcḋꝫ dico ꝙ iſtud prinm īpoſſibile ē. ⁊c̄. nō ē primū ſimplr̄. i. primo primū. hoc ꝓbo ſic. q2 illud ꝑcipiū cui⁹ termini nō ſūt primo primi nec vltimo vltimi nō ē ſimplr̄ primo primū. ſꝫ hoc ꝑcipiū eſt huiuſmodi. ergo ⁊ cetera. maior pꝫ. q2 iſta duo ſūt de rōe ꝑcipij ſimplr̄ primi. ꝙ ſit primo primū i eēndo. ⁊ vltimo vltimū i reſoluēdo minor ꝓbat̄ ⁊ primo de termino ſubiecto qḋ eſt idē: ꝯceptus .n. ille nō eſt primo primus cū ſit reſolubilis i duos alios ꝯceptus. quoꝝ vnus eſt abſolutus alter reſpectiu⁹. ꝯceptus aūt ſilis includēs abſolutū ⁊ reſpectiuū nō eſt eque prius ſicut cōceptus incluſi in quos reſoluit̄. iſte aūt ꝯceptus idē ens eſt hō q2 li idē dicit ꝯceptuꝫ reſpectiuū. li ens dicit ꝯceptū abſolutū vel ſaltē neutrum ⁊ indifferētē ad abſolutū ⁊ reſpectiuū. ꝓbat̄ etiā minor de termino ꝑdicato q ē eē ⁊ nō eſſe. ille aūt ꝯceptus eſt aggregatus ex affirmatiuo ⁊ negatio. ergo eſt reſolubilis. ergo non eſt primo primus nec vltimo vltimus.

¶ Preterea nulla ꝓpoſitio modalis ē primo prima. q2 ē reſolubilis i aliā de ieſſe: ſꝫ iſtud principiū īpoſſibile ē ⁊c̄. ē ꝓpoſitio modalis. ergo nō ē primo prima. ¶ Si ergo q̄rat̄ qḋ ē primū cōplexū ſimplr̄. ⁊ primo primū. dico ꝙ iſtud ens ē ens: iſtud. n. principiuꝫ hꝫ terminos primo primos: ⁊ vltimo vltimos. ⁊ ꝑ ꝯn̄s q nō ſūt reſolubiles in aliquos priores. immo omnis reſolutio ꝯceptuū ſtat ad cōceptū entis vt ad ſimplr̄ primuꝫ inter cōceptus q̄ditatōis. ¶ Ad argumētū in oppoſitū dicēdū ꝙ pħs vocat iſtud principiū primū nō ꝙ ſit ſimplr̄ primū. ſꝫ q2 ē primū reſpectu iſtoꝝ. ſ. de quolibet affirmatio vel negatio. oē totū ⁊c̄. ⁊ ſi ab eq̄lib⁹ ⁊c̄. reſpectu iſtoꝝ hoc ē primū. ⁊ dr̄ dignitas dignitatū. ſicut. n. totū ⁊ pars. eq̄le ⁊ ineq̄le nō intelligūtur niſi itellecto ente. ita nec hoc principiū oē totū ⁊c̄. de quolibet ⁊c̄. ⁊ ſic de alijs nō intelligūtur niſi itellecto hoc principio cui⁹ intellect⁹ depēdet ex intellectu entis ex quo cōponit̄.

¶ At vero nec ꝯdictōis mediū nihil eē cōtingit. ſed neceſſe. aut dicere. aut negare vnū de vnoquoq̄.

Queritur Utrū iter ꝯdictoria ſit dare mediū. ⁊ videt̄ ꝙ ſic. nā eē ⁊ nō eē ſūt ꝯdictoria. ſꝫ iter eē ⁊ nō eſſe eſt mediū ipſa generatio. vt dr̄ ſcḋo hui⁹. ergo ⁊c̄. ¶ Preterea q̄to magis extrema diſtāt tāto ſunt pl'a media iter ipſa. ergo ſi ifinite diſtāt ifinita erunt media inter ipſa. ſꝫ ꝯdictoria diſtāt i ifinitū. ergo ⁊c̄. ꝓbatio minoris. q2 oī finito ꝯtigit itelligere maius. ſꝫ nō ꝯtigit itelligere maiorē diſtantiā q̄ q̄ eſt iter ꝯdictoria q2 q̄cūq̄ daret̄ illa caderet ſub ꝯdictōe. ergo ⁊c̄. ¶ Preterea inter oīa relatiua mediū ē relatio. ſꝫ ꝯdictoria aditiicem referūtur. nā opponūtur. ⁊ oppoſitio ē quedā relatio. ergo iter ꝯdictoria ē media relatio. ¶ Preterea iter ꝯdictoria ē mediū ꝑ abnegationē vtriuſq̄ extremi. naꝫ ſcutū cui⁹ medietas ē alba ⁊ medietas nigra. nec ē albū nec nō albū. ¶ Preterea ſi inter ꝯtradictoria nō ē medium. ergo de quolibet ē vera affirmatio vel negatio ꝯn̄s videt̄ falſū. nā ambe iſte videntur falſe. oīs hō eſt alb⁹: ⁊ oīs hō nō eſt albus. ergo antecedēs eſt falſuꝫ ex quo ſeq̄tur. ¶ Cōtra pħus hic in littera.

Rn̄ſio in iſta q̄ōe premittā duplicem diſtictōem. ¶ Secūdo dicā ad q̄ōeꝫ. ¶ Quātū ad primū ſit iſta prima diſtinctio ꝙ mediū inter aliqua pōt eſſe duplex. ſ. vel ſecūdū formā vel ſecundū ſubiectū: ¶ Exēplū primi in cōtrarijs mediatis. croceū. n. eſt q̄dā media forma iter albū ⁊ nigrū. Exēplū ſecūdi. i priuatiue oppoſitis. lapis. n. nō ē vidēs neq̄ cecus. ¶ Secūda diſtinctio ſit iſta ꝙ mediū pōt eēt alio mō accipi duplr̄. vt habet̄ in textu hui⁹ capituli. ſ. poſitiue ⁊ negatiue. exēplū primi. rubedo ē mediū inter albū ⁊ nigrū. ⁊ hoc mediū ē eiuſdē generis cū extremis. exēplū ſecūdi mediū ſecūdū ꝙ accipit̄ ꝑ abnegatōeꝫ vtriuſq̄ extremi. vt qḋ nec ē egrū nec ſanū. ſecūdū medicos. n. ponit aliq̄ forma ſiue diſpoſitō q̄ ē media iter egritudinē

et ſanitatē. que dicitur neutralitas. ¶ Tertia diſtinctio ſit iſta. ꝙ aliquo mō accipitur mediuz dupliciter. quia quoddā eſt mediū interpoſitionis. quoddā preſuppōnis. exēplū primi. clauus cōiungens duos poſtes. et viſcus ſeu gluten. exēplū ſecūdi quātitas iſto modo mediat inter formā ſubſtātialē. et materiā. forma eni ſubſtātialis requirit ⁊ preſupponit materiā quātā ⁊ diſpoſitā. nō ꝙ quātitas mediet inter formā et materiā. q̄ſi quidā clauus ⁊ viſcus: cū forma ſubſtātialis attingit imediate materiā. ſed ſolū dicit̄ mediū pro quāto ꝑexigitur et preſupponit̄ ad introductionē forme in mām.

Quantum ad 2m dico iſtā cōcluſionē. ꝙ inter cōtradictoria nō eſt medium quocūq; modo ſumptū. Hoc ꝓbo ſic. quandocūq; aliquid ineſt alicui per ſe eius oppoſitū nullo mō ineſſe poteſt. nec per ſe nec per accidēs. patet inducēdo. ſed carere medijs ineſt contradictorijs per ſe. ſcōm illud phi prio poſterioꝝ. contradictio eſt oppoſitio cuius nō eſt dare mediū ſecūdū ſe. ergo cōtradictio nullo mō habz mediū. ¶ Sed cōtra diffinitionē illā primi poſteriorū. arguitur. quia nō videtur ꝓpria. quia conuenit cōtrarijs imediatis. que non habēt mediū ſecūdū ſe. ſaltē ſecūdū formā. ¶ Reſpōſio. dicēdū eſt ꝙ diffinitio data eſt mltiplex. eo ꝙ negatō pōt cadere ſuper ly ſcōm ſe. vel per ſe. vt ſit negatio perſeitatꝭ. vel poteſt eē ecōuerſo. vt ly per ſe cadit ſuper negationē: vt ſit perſeitas negationis. prio modo nō accipit̄ in illa diffinitiōe. ſed ſecūdo mō. et eſt ſenſus ꝙ perſeitas affirmat̄ ⁊ cadit ſuper negationē. vt ſic cōtradictio ſit oppoſitio cuiꝰ per ſe nō eſt mediū. ex quo ſequitur ꝙ nullo mō habet mediuz. ex quo carere medio per ſe ineſt ſibi. ſed primo modo prout perſeitas negatur: et eſt negatio perſeitatꝭ. ſic carere medio poteſt cōuenire cōtrarijs imediatis. ⁊ etiā priuatiue oppoſitis. quatenꝰ carent medio ſecūdū formā. tamē hoc nō obſtante habēt mediū per accidēs. ſ. ſecūdū ſubiectū. nā carere medio nō ineſt eis per ſe. vt ly per ſe cadit ſuper ly nō habere mediū. et eſt ꝑſeitas negationis. et ideo nō repugnat eis habere mediū. ſaltem per accidēs: modo preexpoſito. ¶ Ad primū in oppoſitū: cū dicit̄ ꝙ eſſe et nō eſſe ſunt cōtradictoria. dicendū ꝙ eſſe poteſt dupliciter accipi. vno mō. eſſe ſimpliciter. alio modo ſecūdū quid. ⁊ ſimiliter nō eſſe pōt accipi dupliciter. vno mō ſimplr̄. alio mō ſecūdū quid. mō inter eſſe ſimplr̄ et nō eſſe ſimplr̄ hn̄ eſt mediū: eē ſecūdū quid. vt gn̄atio. et dico eſſe ſimplr̄ eſſe ꝑfectuz. et eſſe ſecūdū quid eſſe in fieri. vel ſic. eſſe accipit̄ vno mō pro eſſe gn̄aliter. ꝓut includit eſſe ſimpliciter: ⁊ ſecundū qd. ⁊ nō eſſe pro nō eſſe ſimplr̄. et iſto mō ſunt cōtradictoria nec ē mediū inter ipſa. ſecūdo vō mō nō ſunt cōtradictoria. ſed habēt mediū. ſcilz ipſū fieri vel eſſe iperfectū. nā inter nō ens ſimplr̄. et ens in actu. et ꝑfectū eſſe: ē mediū ens ſiue eſſe iperfectū. ⁊ hoc ſecūdo mō loquit̄ phs ſecūdo methaphiſice. vn̄ dicit ſic. ꝙ ſicut ſēper eſt mediū inter eſſe ⁊ nō eſſe. ſcilz generatō: ita exn̄tis et nō exn̄tis. ideſt entis et nō entis ē mediū quod fit. et patz per exēpla ſua que ponit ibi. ſcz ꝙ ex adiſcēte fit ſciēs. et ex puero vir. iſto ergo mō nō cōtradicūt eſſe ⁊ nō eſſe. ¶ Sed ꝯtra. oīs per ſe mutatio mediat inter per ſe termios. ſed termi generatiōis ſūt cōtradictorij. ſcz eſſe ⁊ nō eſſe. ḡ inter eſſe ⁊ nō eſſe q̄ ſunt cōtradictoria vē eſt mediū. ꝓbatio minoris. nā gn̄atio eſt a nō ſubiecto in ſubiectū. ⁊ corruptio ecōtra. vt dicitur quinto phicoꝝ. ibidē etiā dicit̄ ꝙ gn̄atio ⁊ corruptio ſūt cōtradictoria. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ hic i textu vt apparuit parū ante phs probās ꝙ nō ſit mediū iter ꝯtradictoria. ſcz inter ens ⁊ nō ens. arguit ſic. quia ſi ſic. ergo eſt aliq̄ mutatio media iter gn̄ationē ⁊ corruptōnē. ſed illa cōſequētia nulla eſſet niſi termi gn̄atiōis ꝯtradicerēt. ¶ Rn̄deo. ꝙ termi gn̄atiōis nō ſūt ꝯtradictorij. ſed ſe habēt ſic̄ habitꝰ et priuatio. ⁊ iſti ſūt termi primi. nō ſolū in generatiōe. ſed etiā in quacūq; alia mutatiōe. ¶ Ad illud qḋ dicitur de qnto phicoꝝ dicēduz ꝙ philoſophꝰ accipit per nō ſubiectū ꝑuationē forme. per ſubiectū habitū vel formā. ¶ Ad illud qḋ addit̄. ꝙ gn̄atio ⁊ corruptio ſūt cōtradictoria. per ꝯtradictoria intelligūtur ꝑuatiue oppoſita. nā priuatie oppoſita ſūt ſic̄ cōtradictoria circa ſubiectū aptū natū qḋ eſt ſubiectū mutatiōis. ¶ Ad cōfirmationē de quarto huius dicēdū ꝙ argumētū eſt a miori. ſ. ꝙ ſi ē mediuz inṫ cōtradictoria: mlto magis iter quecūq; alia oppoſita. et ita inter priuationē ⁊ formā. ⁊ ideo eſt mut tio aliq̄ media inter illa que ṫminant̄ ad formā que ē gn̄atio. ⁊ illa q̄ terminātur ad priuationē q̄ eſt corruptō. ¶ Sed cōtra iſtā rn̄ſionē arguit̄. prio. qꝛ videt̄ cōcedere ꝓpoſitū. nā ſecūdū te priuatio ⁊ forma ſūt termi gn̄atiōis ſed ꝑuatō ⁊ forma ſūt cōtradictoria circa ſuſceptibile. etiā per te. ſi ergo iter priuationē ⁊ formā ſit mediū: ſequit̄ ꝙ iter cōtradictoria ſit mediū. ¶ Preterea. cōtraria imediata ſūt cōtradictoria circa ſubiectū. pari rōe ſic priuatie oppoſita. ergo ſic̄ iter priuationē ⁊ formā ē generatio ⁊ corruptio ſecūdū te. ita poſſet eſſe iter contraria imediata. ¶ Reſpōdeo ad primū. ꝙ termi gn̄ationis pn̄t cōparari. vel ad ſubiectū. vel ad ipſā gn̄ationē. ſi prio mō. ſic hn̄t rōnē ꝯtradictōis. nec hn̄t mediuz iſto mō. nā ſubiectū vel necio eſt ſub forma. vl' ſub priuatiōe. ſi ſcḋo mō. ſic nō habent rōnē cōtradictōnis. et ideo habēt gn̄ationē mediā. ſic̄ dictū eſt. ¶ Ad 2m dicēdū. ꝙ de ratione cōtradictiōis ſūt duo. ſcz ꝙ alteꝝ neceſſario iſit. ⁊ ꝙ alteꝝ nihil ponat. ꝯtraria autē imediata circa ſubiectū aptū natū habēt vnā ꝯditionē. ſcilz ꝙ alteꝝ necio ineſt. ſed deficit ſcḋa cōditio. qꝛ vtrūq; eſt aliqd poſitiuū. ⁊ illa duo reqrūtur ad generationez et corruptionē. vtraq; autē cōditio ē in priuatie oppoſitis. patz. qꝛ nō eſt ſil'e de his ⁊ ꝯrijs imediatꝭ. ¶ Ad ſecūdū pricipale dicēdū. ꝙ diſtātia eſt duplex. q̄dā ē dimenſiua. ⁊ illa ē ꝓpe diſtātia q̄ eſt de gn̄e quātitatis: ⁊ quedā eſt diſtātia ꝑfectiua ſeu perfectōis. ⁊ illa ē trāſumptiue dicta. et tranſfertur ad alia. vt ad oppoſita. cū ergo dicit̄ ꝙ quāto magꝭ diſtāt extrēa: tāto ſūt plura media. dicēdū ꝙ illa maior eſt vā de diſtātia dimēſiua. ⁊ tūc mior ē falſa. qꝛ ꝯtradictoria nō ſic diſtāt. maior autē eſt falſa de diſtātia ꝑfectia ⁊ trāſūptiue dicta. qḋ patet. qꝛ cōtraria imediata maxīe diſtāt iſto mō. et tamē nullū hn̄t mediū. cōtradictoria ergo hn̄t diſtantiā priuatiuā. pro quāto vnū ꝯtradictorioꝝ eſt ꝑuatio alteriꝰ. nō autē habēt diſtātiā dimēſiuā. de qua procedit ratio. ¶ Ad illud qḋ addit̄ i miori ꝙ cōtradictoria diſtāt in infinitū. dicēdū ꝙ ibi nō requirit̄ diſtātia infinita. qḋ probat̄. qꝛ quātūcūq; aliq̄ paꝝ diſtāt: pōt eſſe ꝯtradictio iter ipſa. qꝛ de quolibet eſt veꝝ alteꝝ ꝯtradictorioꝝ. quantūcūq; ergo diſtat modicū aliquid ab vno cōtradictorio: de eo predicat̄ aliud ꝯtradictoriū.

ſpecificā forme. vel nō. ſi ſic. ġ albedo remiſſa ñ ē ꝑfe/
cta i ſpē albedis. qđ ē falſū. ſi ñ. ġ itēſa albedo erit vnū
ꝑ accñs. q2 icluderet gradū q̄ nō ꝑtineret ad eſſētiā eiꝰ
Itē ſpēs ñ diceret totā eſſētiaꝫ ididui. cū ille gradus ñ
ꝑtineret ad ſpeciē. ¶ Cōtra. ipoſſibile ē aliquā formaꝫ
ꝯicare ſe alicui ſcđꝫ magl ⁊ minꝰ: niſi i ſua eſſētia habe
at gradus. alioq̄n ſcđꝫ eūdē gradū participaret̄ a quo
cūq; ſubō. ſꝫ forma de q̄ q̄rit̄ cōicat ſe alicui ſcđꝫ magl
⁊ minꝰ. ġ i ſua eſſētia habet gradus.

Rñdeo Iſta queſtio magnū hꝫ tractatū. ſuppōit
etiā aliq̄s formas ſuſcipe magl ⁊ minꝰ. ⁊ ē dubiū q̄ for/
me ſint tales. Utrū forma ſubalis. de q̄ alias. ⁊ ſpēalit̄
de forma ſubali dicet̄ forſā aliqd in xjꝰ libro. Tū. q2 de
iſta mā recolo me ꝓlixiꝰ dixiſſe alibi i q̄dā q̄ſtiōe ordi/
naria. iō quātū ad pñs ſufficit ſic ꝓcedā. pzio ꝓ iꝓba
tiōe quarūdā opionū ꝯcl'ones aliq̄s declarabo. 2º ad q̄
ſtionē aliq̄lit̄ rñdebo. ¶ Quantū ad primū ſit iſta pria
ꝯº. approximatio vel rēotio a ſuo ꝯtrario nō ē cā ſuſcipiē
di magl ⁊ minꝰ. Hāc oñdo ſic. q2 ſi ſic. ġ vbi nullū ē ꝯtri
um: ibi ñ ē magl ⁊ minꝰ. ꝯñs ē falſū. ġ ⁊ añs. ꝯña pꝫ. fal/
ſitas ꝯñtl ꝓbat̄. tū q2 lumē i medio pōt eſſe ſcđm magl
⁊ minꝰ. ⁊ cū in medio nullū ē cōtrariū lumis. Tū ſcđo.
q2 eādē virtutē pñt diuerſi participare ſcđm magis et
minꝰ. nō ꝑticipādo aliqd de vitio ꝯtraꝰ. puta. tēperātiā
vel iuſtitiā. Tū. q2 i ſtatu inocētie ſcđꝫ magl ⁊ minꝰ fu/
iſſet gr̄a in diuerſis. ⁊ ē hodie de facto i beatl: vbi tamē
nullū eſt cōtrariū peccatū. Tū. q2 hic ſeꝑamur ab iui/
cē in predicamēto habitꝰ. vbi ſcđꝫ auctorē ſex ꝑicipio
rū. nullū ē cōtrariū. ⁊ tñ ſcđꝫ eūdē. habitꝰ ſuſcipit magl
⁊ minꝰ. q2 armatior ē eq̄s: pedite. ¶ P̄. ad ꝑicipale. ac
cipiat̄ albedo ꝑmixta nigredini. fiat itēſior ⁊ ꝑfectior.
⁊ tollat̄ nigredo. tūc ſic. aut illa albedo itēdit̄ ꝑ aduen
tū alicuiꝰ poſitiui. vel tātū ꝑ rēotionē nigredis. ſi pm.
habet̄ ꝓpoſitū. ſi 2m. Cōtra. q2 nullius effectꝰ poſitiui
pōt eſſe cā priuatia. ſꝫ itēdi eſt effectꝰ poſitiuꝰ. amotio
autē nigredinis ē tantū cā priuatia. ġ illa ñ pōt eſſe cau
ſa illiꝰ intēſionis. ¶ Cōfirmat̄. q2 motꝰ denoiat̄ a t̄mio
ad quē. ex q̄nto phicoꝝ. ſꝫ illa itēſio albedinis ē deal/
batio. ex eodē. 5º. ġ terminꝰ eiꝰ eſt aliq̄ albedo. ⁊ ꝑ ꝯñs ñ
iſta ſeꝑatio nigredinis. ¶ 2ª ꝯcl'o ſit iſta. nulla forma
ſuſcipit magis ⁊ minꝰ ſecūdū diſpōnē ſubiecti. vel ſcđꝫ
eſſe i ſubō. remanēte eiꝰ eſſētia imutata. Hāc oñdo ſic.
q2 illud eſſe ſeu diſpō. vel ē idē cū eſſētia forme. vel ñ.
ſi idē. habet̄ ꝓpoſitū. q2 cū illa diſpō ſit maior ⁊ mior.
ġ et eſſētia forme cui ponit̄ eſſe idē ſuſcipit magl ⁊ mi/
nus. ſi nō ē idē. q̄ro de illo vtrū ſecūdū ſuā eſſētiā ſuſci
pit magis ⁊ minꝰ. vel nō. ſi ſic. habet̄ ꝓpoſitū. ſi nō. ha
beret̄ ꝓceſſus in ifinitū. ¶ P̄. hito termio ſub ratiōe q̄
terminꝰ ceſſat motꝰ. q2 habitibꝰ pñtibꝰ in materia ceſ/
ſat ois motꝰ ⁊ gñatō. ꝑ̊ de gñatiōe. ſꝫ per te i ꝑicipio ca
lefactiōis habet̄ caliditas ſcđꝫ rōnē q̄ ē terminꝰ calefa
ctionis. ġ in ꝑicipio ceſſabit motus. qđ eſt abſurdū di
cere. ꝓbatio mioris. q2 oē qđ mouet̄ habet aliquid de
termino a quo. et aliquid de termino ad quē. ex ſexto
phicoꝝ. ergo in principio calefactiōis in ipſo calefacti/
bili eſt aliqd de eſſentia caloris. ſi igitur eſſētia caloris
nō ſuſcipit magis ⁊ minꝰ: in principio erit calor perfe/
ctiſſimꝰ. ſecūdū quē modum eſt terminꝰ motus. ¶ Di/
ces. ꝙ calor nō eſt terminꝰ ſecūdū perfectionē eſſētie.
ſed ſecūdū ꝑfectius eſſe in ſubiecto. ¶ Cōtra. q2 ſi mo/
tus eſt ad perfectiꝰ vel ad ꝑfectū eſſe in ſubiecto. illud
quod eſt eſſe in ſubiecto. vel eſt idē cum eſſētia caloris
aut aliud. ſi idē. ġ ſi illud eſſe nō eſt perfectū. ġ nec eſſē
tia caloris. et ſic habet̄ ꝓpoſitū. ſi eſt aliud ⁊ accidens:
cū illud ſuſcipiat magis ⁊ minꝰ. habet̄ propoſitū. ¶ Cō
firmatur. q2 inter calorē maiorē et minorē eſt ꝑ ſe mo/

tus.ex quito phicoꝝ.ſed calor maior et minor ſūt q̄dā forme de gn̄e q̄litatis. g̃ aliqd de gn̄e q̄litatis ē per ſe terminus motus.⁊ tūc idē qđ ṗius.¶ Tertia ꝯcluſio ſit iſta.radicatio maior vel minor forme in mā̄ nō ē cā̄ ſuſcipiēdi magis ⁊ min⁹.hā̄c oñdo ſic.qꝛ illa radicatio vel ē qd diſtictū a forma vel non.ſi nō hētur ꝓpoſitū qꝛ cū iſta radicatio ſit maior ⁊ minor.ergo ⁊ forma.ſi eſt aliqd diſtinctū vel ē forma abſoluta vel reſpectiua.ſi abſoluta hētur ꝓpoſitū.ſi reſpectiua ſilr̄ hētur ꝓpoſitū.qꝛ magis ⁊ min⁹ in forma reſpectiua oriť ex magis ⁊ min⁹ i abſoluta.¶ Ƥ.ſi ſic.ergo vbi forma ē magis radicata ibi ſ̄bm ē magis tale.ꝯñs ē falſū.nā ꝑꝫ medicos febris ethica ē magis radicata q̄ꝫ tertiana tn̄ tertiana ē intēſior.iō tertianari⁹ ē magis febricitās ſilr̄ verecūdus ē q̄ñq̄ꝫ rubicūdior.⁊ tn̄ rubor ē in eo min⁹ radicat⁹ q̄ꝫ i aliquo g nō ē tā̄ rube⁹.puta ſāguineus.

Quantum ad 2ᵐ ṗmo ad euidētiā tituli aliq̄ ꝑmittūtur.2º ex dictis veritas ꝯcluſionis ꝯcludeť.¶ De ṗmo qꝛ poniť i q̄oe vtrū i gditate forme ⁊c̄.¶ Notādū.ꝙ duplex ē gditas .q̄dā ſpecifica q̄dā indiuidua.Ad cui⁹ euidētiā notādū ꝙ in hac albedine idiuidua ē tria cōſiderare.ṗmo nām ſpecificā.ſcđo gradū indiuidualē eēntialē q̄ ē tātitas eēntie idiuidui.3º d̄riam indiuidualē qua idiuidui albedo ē hec ¶ Poniť ſcđo ꝙ ſit dare gradus.⁊ qꝛ gradus arguit q̄ꝫtitatem:notandū ꝙ triplex ē q̄ꝫtitas.ſ.q̄ꝫtitas mobilis vel dimēſionis.⁊ q̄ꝫtitas ꝑfectōis q̄ reſpicit eē rei.⁊ q̄ꝫtitas virtualis.q̄ reſpicit agere.⁊ forte ſcđa coincidit cū 3ª q̄ten⁹ agere ſeq̄ť eē.¶ Hoc viſo de gradibus forme de gb⁹ q̄riť.primo vidēdū ē an iſti gradus ſint.ſcđo g ſint.tertio q̄les ſint.¶ Si q̄riť an ſint.ꝓbo ꝙ ſic.nā impoſſibile ē eādē formā eē ſil' in diuerſis ſcđꝫ aliā ⁊ aliā rōeꝫ ꝑticipatā niſi illa forma cōpatiať ſecū ꝑl'alitatē illaꝝ rōnū.ſed aliq̄ forma.puta albedo participať a diuerſis ſcđꝫ aliā ⁊ aliā rōeꝫ.ergo ⁊c̄.illas rōes dico eſſe gradus.¶ Ƥ.ipoſſibile ē aliq̄ꝫ formā ſil' ꝑlib⁹ coicari niſi i ſe ſit aliq̄l'r illimitata.exēplū ď eēntia diuina q̄ vna exñs coicať trib⁹.ſꝫ oē illimitatū hꝫ rōem q̄ꝫtitatꝭ gradualis.ergo ois forma q̄ ſil' plurib⁹ coicať hꝫ gradus.¶ Ƥ.ois forma q̄ in realr̄ diſtinctis realr̄ diuidiť.ē i ſe realr̄ diuiſibilis.Sed aliq̄ forma.puta albedo realiter diuidiť in plurib⁹ indiuiduis albedinis realr̄ diſtinctꝭ ergo ipſa ē in ſe realr̄ diuiſibilis.⁊ partes illas in q̄s diuidiť voco gradus.¶ Si q̄riť gd ſint iſti gradus aſſigno talē rōeꝫ.gradus forme de quo nūc ē ſermo eſt portio ꝑfectōalis forme ſpecifice extra ei⁹ cōceptū gditatiuū ipſā formā ſpecificā ifra ſuū ꝯceptū eēntialr̄ includēs iclūſa realr̄ itra ꝯceptū idiuidui.iſta deſcriptio ē ſatis euidēs intuēti.¶ Si q̄ras iſti gradus q̄les ſūt.Notādū ꝙ grad⁹ gdā ſūt formaꝝ.gdā eēntiaꝝ gdā ꝑfectionū vnitiue ꝯtētaꝝ i aliquo vno.⁊ hoc vltimo mō itelligo gradus de gb⁹ nūc q̄riť.¶ Ex his cōcludiť ꝙ diuerſitas hoꝝ graduū nō diuerſificat ſpēꝫ cū ſint portiones eiuſdē forme ſpecifice.¶ Itē ꝙ forma ſpecifica ē indiuiſibilis q̄ꝫtū ad gradū ſpecificū.diuiſibilis vero q̄ꝫtū ad gradū ꝑfectōalē.¶ Itē ꝙ ꝑl'alitas hoꝝ graduū n̄ ē poſitiue ifra ꝯceptū poſitiuū ſpecificū forme ſpecifice ſꝫ ſolū ꝑmiſſiue.ſed infra cōceptū indiuiduoꝝ poſitiue reddēdo ſingula ſingulis ꝑꝫ qđ indiuiduū cōpoſitū ex forma ſpecifica ⁊ ꝓprietate idiuiduali cōtinet vniuiue iſtos gradus.¶ Poniť tertio magis ⁊ min⁹ vbi ſciēdū ꝙ magis ⁊ min⁹ ⁊ maius ⁊ min⁹ cōueniūt ⁊ differūt ꝯueniūt dupliciter.¶ Tū.qꝛ vtrobiq̄ꝫ ē q̄dā cōparatio.¶ Tū 2º qꝛ vtrobiq̄ꝫ ē cōparatio diſcōperātie ex diſformitate extremoꝝ.ſꝫ differūt multipl'r.qꝛ mai⁹ ⁊ min⁹ iportāt cōparationē vni⁹ ad vnū i ſe ṗciſe.ſed magis ⁊ min⁹ iportāt cōparationē vni⁹ ad alteꝝ nō ṗciſe.ſꝫ i cōparatōe alicui⁹ tertij qđ ꝑticipāť.puta alicui⁹ forme.2º qꝛ magis ⁊ min⁹ ſūt aduerbia.iō diſtiguūť ſicut modi.ſꝫ mai⁹ ⁊ min⁹ ſūt noia.iō ſumūť nō modalr̄.ſꝫ noialr̄ ⁊ ſignificāt formas nō mōs forme.3º qꝛ magis ⁊ min⁹ nō dn̄r de forma ꝑticipata.ſꝫ de ipſis ꝑticipātib⁹.ſꝫ mai⁹ ⁊ min⁹ ecōuerſo ſic̄ ꝑꝫ.4º qꝛ magis ſēꝑ ꝑ̄ſupponit i forma mai⁹.ſꝫ nō ecōuerſo.ſic̄ ꝑꝫ de q̄ꝫtitate.qꝛ aliqd n̄ dr̄ magis q̄ꝫtū q̄ꝫuis maiorē hēat q̄ꝫtitatē.¶ De ſcđo dico ad q̄oem ad ꝑtē affirmatiuā.ſ.ꝙ forma ſuſcipiēs magis ⁊ min⁹ hꝫ itriſece dcōs grad⁹.dico ēt ꝙ ṗciſa rō ſuſcipiēdi magꝭ ⁊ min⁹ ē latitudo graduū i forma ſiue ꝙ idē ē illimitatio forme q̄ ꝑticipať.ꝓbō hui⁹.Tū ex iꝓbatōe oiuꝫ opi.ṗcedētiū.nec vr̄ aliq̄ via ꝓbabilis niſi iſta.Tū qꝛ ipoſſibile ē formā ꝑticipari ſcđꝫ magis ⁊ min⁹ niſi in ſe ſit aliq̄l'r illimitata.qꝛ oppoſitū ṗdicati iſert oppoſitū ſ̄bi.dato.n.ꝙ nō ſit illimitata quō ꝑticipabiť ſcđm aliū gradū ⁊ alium.Tū 3º qꝛ ꝑm Simpliciū ſuꝑ ṗdicamēta capitulo de q̄litate.vbi recitat multas opi.ď cauſis ſuſcipiēdi magis ⁊ min⁹ ⁊ eas iꝓbās ꝯmēdat opi.Archite dicens ſic.Mirabil'r Architas breui ſermone cāꝫ ei⁹ qđ ē magis ⁊ min⁹ iſinuat dicēs.q̄litas.n.qꝛ i ſinitatē q̄ꝫdā ꝑticipat.iō ꝑm rōem ei⁹ ē ꝙ ſuſcipiat magis ⁊ min⁹ ⁊ nō ex ꝑticipātib⁹.⁊ ſic ad q̄oeꝫ.

Ad primum i oppoſitū dicēdū ꝙ phs loquiť de forma ſeu de gditate in q̄ꝫtū exṗmiť ꝑ diffinitionē.hec ē gditas ſpecifica.q̄ vt ſic abſtrabit ab oi gradu vt dictū ē ṗus.vn̄ parū poſt ſubdit Ariſto.⁊ quēadmodū nec numerus hꝫ magis ⁊ minus nec q̄ ꝑm ſpēꝫ ſ̄ba.ſed ſi gdē cū mā̄.ita ꝙ li ſi gdē vel ē due dictōes vt ſit ſēſus qđ ſi forma ſpecifica hꝫ magis hoc gdē ē cū mā̄.vel ē vna dictio.⁊ tūc ſēſus ē.ſi gdē cū materia ideſt inferioribus idiuiduis que reſpectu eius ſunt materialia.nulla igitur maioritas eſt in quiditate vt quiditas.quia vt ſic abſtrabit ab omni conditione materiali ⁊ indiuiduali.¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ iſte gradus non pertinet ad quiditatem ſpecificam vt dictum eſt ⁊ cum dicitur.ergo forma intenſa erit vnū per accidens non ſequitur.quia illi gradus ⁊ ſi nō ſint de eſſentia ſpeciei ſūt tn̄ de eſſentia idiuidui vt ṗdictū fuit.vlterius cū iferť.ergo ſpecies nō dicit totā eēntiā idiuidui nō ſeq̄tur ꝙ natura ſpecifica ⁊ ſi i ſuo cōceptu abſtrabit a quolibet gradu tn̄ ē idē cū quolibet gradu realiter ⁊ includitur realiter in quolibet gradu.

¶ Palam itaque:quia ſic quidem acceptantibus vt conſueuerunt diffinire et dicere non contingit reddere ⁊ ſoluere dubitationem.ſi autēꝫ vt dicimus hoc quidem materia:illud vero forma:et hoc quidem potentia:illud vero actu:non adhuc dubitatio vtiq̄ꝫ videbitur eſſe qđ queritur.Textu commenti.15.

QUeriť Utrū ex mā̄ ⁊ forma ꝯſtituať ꝑ ſe vnū vr̄ ꝙ nō.naꝫ ex duob⁹ i actu nō ſit vnū ꝑ ſe ex ſeptimo hui⁹.ſꝫ mā̄ ⁊ forma ſūt duo in actu g̃ ⁊c̄.ꝓbō minoris.de forma ꝑꝫ.qꝛ forma ē act⁹.de mā̄ etiā ꝑꝫ ex ſeptimo h⁹

queſtione de entitate materie. ¶ Preterea que magis diſtãt minꝰ ſũt nata facere vnũ. ſ; mã ⁊ forma maxime diſtãt cũ ſint alterius rõis. ergo ex eis minime eſt natũ fieri vnũ. ꝓbõ maio. q2 ptes ↄtinui faciũt p ſe vnũ q̃ ſũt eiuſdẽ rõnis. ptes aũt i toto etherogeneo minꝰ faciũt vnũ. q2 nõ ſũt eiuſdẽ rõis. ¶ Cõtra. phs i lr̃a.

Rñdeo ad qõez dicẽdo cũ pho. ꝙ ſic. cuiꝰ nõ eſt alia cã niſi q2 hoc ẽ actꝰ illud vero potẽtia. vt dicit phs. ¶ Ad cuiꝰ euidẽtiã ſciẽdũ ꝙ ſicͭ vnũ i coi imediate ↄſeq̄r ens i coi ita ꝙ illa ꝓpõ ens ẽ vnũ ẽ imediata. q2 nullũ ẽ mediũ nobis notiꝰ ad hoc demõſtrãdũ nec forte aliqð mediũ aliud i re a q̃ditate extremoꝝ. vt dictũ fuit primo huius. qõe prima. ita ſingula entia ſcðm ꝓprios gradus entitatꝭ ↄſeq̄r imediate ꝓpria vnitas. nec ẽ alia rõ diuerſe vnitatis niſi alia entitas quã ↄſeq̄r imediate. exẽplũ. ſimplicia ſũt vnũ. ⁊ cõpoſita ſũt vnũ. tñ alr ⁊ alr. q2 alia ⁊ alia ẽ entitas: ſicut ergo oĩno ſimplex ſe toto ẽ ens ⁊ vnũ. ita cõpoſitũ ẽ ens ⁊ vnũ ex pricipijs entialibꝰ cuiuſmodi ſũt mã ⁊ forma q̃ ſola nata ſũt aliqð ens p ſe ↄſtituere. vñ tale cõpoſitũ ẽ p ſe vnũ ꝓpria vnitate alteriꝰ rõis ab vnitate ſimplicis ſicͭ ⁊ eiꝰ entitas ẽ alia ab illa entitate. ¶ Si ergo q̄rat q̄re ex mã ⁊ forma fit vnũ per ſe. dicẽdũ ſicͭ dicit phs q2 hoc ẽ potẽtia illud vero actꝰ. ¶ Si aũt q̄ras q̄re ex mã ⁊ forma fit vnũ per ſe ⁊ nõ ex ſbo ⁊ accñte cũ ſbm ſit vt potẽtia: accñs vo vt forma: ⁊ actꝰ. ¶ Rño ꝙ ſicͭ i gñali nõ ẽ rõ q̄re ens ẽ ſic vnũ ita etiã nõ ẽ cã q̄re ex iſtis partibꝰ fit hoc vnũ niſi q2 ſũt tales partes. q̄re. n. ex q̄ttuor elemẽtis natũ ẽ fieri mixtũ ſcðm vnã opi. ⁊ ex lapide ⁊ carne nõ ẽ natũ fieri. nõ ẽ cã. ſ. niſi q2 iſte ſũt partes tales ⁊ ille tales. ¶ Sic ergo i ꝓpoſito ex mã ⁊ forma fit vnũ p ſe. q2 forma ſbalis ẽ talis actꝰ ⁊ mã tale potẽtiale. ex ſbo aũt ⁊ accñte fit vnũ p accñs. q2 accñs ẽ talis actꝰ: ſba taliꝫ potẽtia. ita ꝙ actꝰ ⁊ potẽtia itelligãr ꝓportõabiliꝫ vnitati ſi p ſe per ſe. ſi per accñs. per accñs. ſ; q̄re ille actꝰ ẽ p ſe actꝰ. ⁊ ille p accñs. ñ ẽ niſi q2 iſte ẽ forma ſbalis. ⁊ ille accñtalis ⁊ he ſũt ꝓpoſitões p ſe p̄mo note. ⁊ iõ nõ ẽ q̄rẽdũ ꝓpter qd. i. aliq̃ cã itriſeca. ſ; ſolũ extriſeca: v; agens vt dicit phi. i lr̃a.

Ad primũ i oppoſitũ dicẽdũ ꝙ ex duobꝰ in actu formali ⁊ perfcõ ñ fit vnũ per ſe ⁊ ſic itelligit phs. mã aũt l; ſit ens in actu entitatiuo ex eo qð ẽ aliqð ens ex nihil vt oñſũ ẽ i ſeptimo. ẽ tñ ens i potẽtia oppoſita actui formali. ⁊ iõ ex tali potẽtia ⁊ actu oppoſito põt fieri vnũ vt p̃oñſũ ẽ ¶ Ad 2m dicẽdũ ꝙ vnitas ẽ duplex. q̃dã vnionis q̃dã idẽtitatꝭ: cũ ergo dr̃ ꝙ q̃ magis diſtãt minꝰ faciũt vnũ. dico ꝙ falſũ ẽ de vno vnitate vnionis. imo q̃to aliq̃ ſũt magis diuerſaꝝ rõnũ tãto magis ſũt nata facere tale vnũ. Si aũt maior itelligar de vno vnitate idẽtitatꝭ ſic põt ↄcedi totũ argumẽtũ. ⁊ tũc nihil ↄ nos. q2 q̃to ſũt magis vniꝰ rõis tãto ſũt minꝰ vnibilia vt ex eis fiat vnũ. ⁊ iõ minꝰ fieret vnũ ex duabꝰ formis vniꝰ rõis q̃ ex mã ⁊ forma q̃ ſũt alteriꝰ rõis l; forte fieret magis vnũ vnitate idẽtitatis. ¶ Cõtra. q2 totũ hõgeneũ cuiꝰ ptes ſũt vniꝰ rõis ẽ magꝭ vnũ q̃t vnitate vnionis q̃ totũ etherogeneũ cuiꝰ partes ſũt alteriꝰ rõis. ⁊ ſic ꝓcedebat ꝓbõ maioris. ¶ Rñdeo in toto hõgeneo l; ↄtigat qð dr̃ tñ per ſe partes i q̃s ẽ diuiſio totiꝰ q̃ ꝓpe dñr eẽntiales: ſicͭ potẽtiale ꝓpriũ ⁊ actuale. nũq̃ pñt eẽ vniꝰ rõnis: ſ; neceſſo ſũt pꝰ diuerſe. q̃cũq̃ aũt ſũt vniꝰ rõis. ſũt tm̃ itegrales ⁊ ↄtinẽr oẽs ſub vna pte eẽntiali. ſ. ſub mãli ⁊ potẽtiali vt i ꝓpoſito de ptibꝰ hõgeneis q̃ oẽs ſe tenẽt ex pte mãli ⁊ potẽtiali ⁊ nõ ſub illo qð ẽ aliqd actuale a quo ẽ vnitas cõpoſiti ↄpletiue

¶ Quapropter inq̃tũ ſil natũ ẽ nihil patir ipſu; a ſe ipſo: vnũ. n. ⁊ nõ aliud eſt: ⁊c̃.

Circa librũ nonũ methaphiſice. Querir prio. Utꝝ aliqd poſſit moueri a ſe ipſo. vr̃ ꝙ nõ. Tũ q2 dr̃ i lr̃a ꝙ nihil aptũ ẽ pati ip; a ſe ipo. vnũ. n. ⁊ ñ aliud ẽ. Tũ. ex diffinitõibꝰ potentie actiue ⁊ paſſiue. nam potẽtia actiua ẽ p̃ncipiũ trãſmutãdi aliõ i q̃tũ aliud: et potẽtia paſſiua ab alio iq̃tũ aliud. ¶ P̃. ſi ſic tũc tale ſp ageret i ſeip; ↄñs ẽ falſũ. ergo ⁊ añs. ꝓbõ ↄñe. q2 actiuo nãli ⁊ paſſiuo ſufficiẽter approximatꝭ ⁊ nõ ipeditꝭ necio ſeq̄r actio vt dicitur infra capitulo tertio. ſed ſic eſſet in ꝓpoſito ſecundum te. quia actio illa nõ depẽderet ab extra ex quo idẽ eſt agens ⁊ paſſum. ¶ Contra. phus 8° phiſi. vult ꝙ oĩa aĩalia moueãt ſeipſa.

Rñdeo i iſta qõne p̃mo vnã opi. ptractabo. ſcðo ad qõe; alr rñdebo. ¶ Quãtũ ad p̃mũ ẽ vna opi. q̃ gñalr tenet illã ↄcluſionẽ negatiuã. ꝙ. ſ. nihil mouet ſe niſi forte p ptẽ. ex eo. ſ. ꝙ vna ps mou; aliã ⁊ hoc ñ ẽ q2 aliq̃ pars eẽntialis mouet aliã. ſ; q2 vna pars q̃titatiua mouet aliã diſtinctã loco. ¶ Pro iſta opi. arguir triplr. primo per rõe; ſuptã ex 7° phi. vbi dr̃ ꝙ nihil mouer a ſeipo. q2 tũc nõ q̄ſceret ad q̄tẽ alteriꝰ. ſ; qðlibet mobile q̄ſcit ad q̄tẽ alteriꝰ. q2 ad q̄tẽ partꝭ. nã oẽ mobile h; partẽ q̃ q̄ſcẽte p; ꝙ totũ nõ mouer. ergo nihil mouer a ſeipo p̃mo. ¶ P̃. ſcðo. ipoſſibile ẽ idẽ ſm idẽ eẽ ſil i potẽtia ⁊ i actu. ſ; mouẽs mou; iq̃tũ ẽ i actu ⁊ mobile nõ mouer niſi inq̃tũ ẽ i potẽtia vt p; ex diffinitõe motꝰ. ergo ipoſſibile ẽ ꝙ idẽ moueat ſeip;. ¶ Cõfirmar q2 agẽs ⁊ patiẽs ſũt ↄria. ex p̃mo de gñatõe. ſ; idẽ ñ ↄriar ſibi ipi. ¶ P̃. 3°. ipoſſibile ẽ relatões reales oppoſitas fũdari i fũdamẽto vno limitato. ſ; actiuũ ⁊ paſſiuũ ſiue motiuũ ⁊ mobile referũr ſ; relatões reales ⁊ oppoſitas pertinentes ad ſ; modũ relatiuoꝝ. vt p; ex q̃nto huiꝰ capitulo. de ad aliqd. ergo ipoſſibile ẽ idẽ eẽ actiuũ ⁊ paſſiuũ ſiue motiuũ ⁊ mobile. maior declarar. q2 fũdare relatões reales oppoſitas attribuir eẽntie diuine rõe ſue illimitatõis. ¶ Ex hac ↄcluſione gñali dr̃ i ſpãli per ordinẽ p̃mo ꝙ nullũ ſb; ẽ effectiuũ ſui accñtiꝫ ſiue ſit accñs coeuũ ⁊ per ſe. ſiue per accñs. ſcðo ꝙ nihil mouet ſeipm ad vbi. 3°. nihil mouet ſe ad q̃titatem. vñ aĩata vegetatiua nõ mouẽt ſe i nutritõe vel augmẽtatõe. ſ; mouẽt alimẽtũ qð i ſe ↄuertũt. ¶ 4°. ꝙ nihil mouet ſe ad q̃litatẽ vñ nec aq̃ calida fit frigida a ſe effectiue. nec ſemẽ aĩati alterat ſeip;. ſ; ſemẽ maris diſtinctũ loco ⁊ ſbo agit in ſemẽ a mr̃e miniſtratũ. ¶ Quinto. ꝙ nulla potẽtia cognitiua ẽ p̃ncipiũ actiuũ cognitõis. ſed tm̃ paſſiuũ. ob; aũt ẽ actiuũ. idẽ dr̃ de potẽtia appetitiua ⁊ ad ſingula ipoꝝ adducũr diuerſa. ¶ Quãtũ ad 2m

eſt alia opi. quã teneo. q̄ tenꝫ p̄tē affirmatiuã ad cuius euidētiã ꝯclaro tres ꝯcluſiões. p̄ma ꝯcluſio ſit iſta ge neralis. poſſibile ē ꝙ aliq̄d agat i ſe ipſuꝫ que concluſio eſt ꝯ̄dictoria p̄ie ꝯcluſionis alteri⁹ opi. hanc oñdo ſic. extrema actiui ⁊ paſſiui ſūt adeq̄ta. ſic itelligēdo ꝙ qđcūq; actiuū reſpicit ꝓ p̄mo obō tale paſſiuū. vbi grã tã calefactiuū i coi q̄ꝫ qđcūq; calefactiuū p̄ticulare reſpi cit ꝑ p̄mo obō calefactibile i coi ⁊ nō hoc vel illud. Ex his hēt̄ iſta ꝓpō. ꝙ qđlibet ꝯtētū ſub p̄mo obō alicui⁹ ē ꝑ ſe obꝫ eiuſdē lꝫ nō p̄mo. vt qđcūq; calefactiuū reſpi cit qđcūq; calefactibile ꝑ ꝑ ſe obō ⁊ econuerſo qđcūq; calefactibile reſpicit qđcūq; calefactiuū. hucuſq; ma ior: ſꝫ poſſibile ē ꝙ aliq̄d ſit actiuū ſꝫ a. eo mō q̄ aliud ē actiuū ſꝫ. a. vt ꝑ. a. itelligat̄ forma ꝑducibilis. idē etiã ſit paſſiuū ſꝫ. a. ſic qđcūq; aliud paſſiuū ſcđm. a. g̊ illud rōe actiui ita hꝫ ſeipꝫ ꝑ obō i rōe paſſiui. ſic qđcūq; ali ud. g̊ ita pōt i ſeipꝫ agere ſicͭ i aliud. maior ē manifeſta ex hoc ꝙ relatio actiui ⁊ paſſiui i coi hn̄t extrema coia adeq̄ta. ꝓbatio minoris multi effect⁹ ſūt nati ꝑduci ab actiuo equoco ⁊ nō vniuoco. vt pꝫ de leuitate i igne ge nerato. iſtã formã actiuã equocã oꝫ ponere formã ſb̄a lē aut aliq; aliã q̄litatē. hn̄s ergo iſtã formã ē ꝑ ſe leuifi catiuū. i. effectiuū leuitatꝭ. ſꝫ forma pōt eē i aliquo leui ficabili vt pꝫ i ex. ꝑ̄dicto de igne. nã q̄cūq; forma i igne g̃ñante poneret̄ actiua reſpectu leuitatis eadē ē i igne gēito ⁊ ē p̄or nāl'r ipa leuitate. pꝫ. cū ſit primū actiuū. g̊ nō ē ꝯ̄dictio ꝙ ipſa iſit igni genito leuitate non exn̄te. ⁊ tn̄ pꝫ ꝙ pōt iēe illi. g̊ ſine ꝯ̄dictōe idē pōt eē leuificati uū ⁊ leuifactibile. ℭ Rn̄det̄ ad mi. ꝙ ipa ꝯceſſa negat̄ vltima ꝯñ̄a. ex eo ꝙ agēs dr̄ eē approximatū paſſo ⁊ ita diſtictū ſitu. ſic aūt nō pōt ſe hr̄e idē ad ſeipꝫ. ℭ Cōtra. tū. q꞉ hec approximatio nō vr̄ neceſſaria ad agēdū vt ſcludit diſtictionē ſit⁹ niſi qn̄ maior p̄ñtia nō ē poſſibi lis iter actiuū ⁊ paſſiuū. ſi ergo h̄ p̄ñtia ſufficit. g̊ multo magis maior p̄ñtia ſufficit. iſta. ſ. q̄ ē ſine diſtictiōe ſit⁹. tū. q꞉ aliogn ſi poneret̄ ignis i exn̄s aque ſicͭ angelus i exn̄s celo lꝫ nō vt forma tūc nec ignis calefaceret aquã nec angelus moueret celū q̄ ſūt abſurda. Tuꝫ. q꞉ nō oꝫ agēs eē p̄ñs patiēti niſi q꞉ virt⁹ agētis nō pōt attigere i diſtãtiã iproportionatã vt aliq̄d ꝑficiat. ſed ſi paſſū eēt ſecū ꝑfecti⁹ attigeret̄ a v̄tute agētꝭ. ſicut ergo idē ē veri⁹ ſibi p̄ñs ſi ē actiuū ⁊ paſſiuū ſcđm idē q̄ꝫ aliud poſſet eē ſibi p̄ñs: ſic veriſſime ſaluat̄ illa ꝯditio ꝑꝑ quã appropi quãt. real'r. n. ſi pōt eē maior p̄ñtia q̄ꝫ eiuſdē ad ſe. ergo v̄iſſime erit actio. ſtat igit̄ rō quã reputo achillē. ex q̄ rōe ſi attēdis deſcēdo i gn̄ali pꝫ ꝙ rō dicta nō ꝓbat idē poſſe i ſe agere niſi rōe equoca: ⁊ hoc qn̄ ē capax forme q̄ nata ē terminare actionē equocã forme actiue iã hi te. ⁊ ſic itelligēdū ē regulariter ꝙ ſolū tūc ⁊ vl'r pōt ali q̄d i ſe agere qn̄ ꝯcurrūt illa duo. ſ. qn̄ hꝫ formã q̄ ē pri cipiū agēdi equoce ⁊ qn̄ cū hoc ē capax talis actōis. ℭ 2ª ꝯcluſio ſit iſta. nihil pōt ſe mouere cãndo i ſe formam ſb̄alē hāc oñdo: nullū iꝑfecti⁹ ē p̄cipiū actiuū reſpe ctu ꝑfectioris. q꞉ ſiue ſit actio equoca ſiue vniuoca ſꝑ p̄cipiū actiuū ē eque ꝑfectū vel ꝑfecti⁹ termino ꝓdu cto. ſꝫ nulla forma ſb̄alis pōt nouiter aduenire vt faci at cōpoſitū ꝑ ſe vnū gn illa ſit ꝑfectior q̄cūq; entitate ꝑ̄ cedēte ipſã. q꞉ i formis ſb̄alib⁹ ſꝑ vlterior ē ꝑfectior. g̊ nihil pōt ſe mouere cãndo i ſe formã ſb̄alē. ℭ 3ª ꝯcluſio ſit iſta. nihil pōt i ſe aliq̄d agere q̄cunq; vniuoca actōe hāc oñdo. q꞉ ſi ſic. ergo duo i diuidua abſoluta ⁊ eiuſdē ſpēi p̄ñt ſil' eē i eodē. ꝯñs ē falſū vt pꝫ q̄nto hui⁹. ꝓbatio ꝯñe. q꞉ tūc rō ſeu p̄ncipiū quo agēdi ⁊ t'min⁹ actōis eēnt eiuſdē ſpēi. ex quo ponit̄ actio vniuoca. ⁊ tn̄ differēt nu mero q꞉ nihil ē principiū agendi ſe. ⁊ pꝫ ꝙ vtrūq; tã rō agēdi ſe q̄ꝫ termin⁹ actōis eēt forma abſoluta. ℭ Ex di ctis ꝯcludo correlarie p̄mo ꝙ cū augmētatio ⁊ motus ad vbi ſit ab agēte ſiue mouēte equoco q̄ten⁹ nec q̄ꝫti tas aliq̄ nec vbi ē forma actiua. cū etiã m'lte alteratōes ſint ab agēte equoco. vt vl'r ille q̄ ſūt ad q̄litates nō ac tiuas ſtricte loquēdo de actiuis. oīs etiã q̄litas pōt eſſe ab agēte equoco licet aliq̄ poſſit eē ab vniuoco. q꞉ inq̄ꝫ tū ſic ē ſeq̄t̄ ꝙ i gn̄e nō repugnat alicui ſb̄e cãre i ſe q̄ꝫti tatē ⁊ q̄litatē ⁊ vbi. ꝯcurrētib⁹ aūt duab⁹ ꝯditiōib⁹ ſu pradictis i p̄ma ꝯcluſione cãbit. ⁊ hoc vel accn̄s coeuū ſibi ⁊ ita ſine mutatōe vel non coeuū ſibi ⁊ ita ꝑ motū vel mutatōeꝫ. ℭ 2° deſcēdo ad ſpãlia ⁊ dico ꝙ ſb̄ꝫ cãt i ſe ꝓpriã paſſionē ꝑꝑ cãꝫ dictã. ⁊ addit̄ alia rō. q꞉ oīs po tētia pure paſſiua ē i potētia ꝯ̄dictōis. vt dr̄ i hoc 9°. in fra: ſꝫ ſb̄ꝫ nō ē i potētia ꝯ̄dictōis ad paſſionē: al'r ieēt ei ꝯtigēter ⁊ ꝑ ꝯñs nō eēt ſcibilis ꝑ demōſtrationē. igr̄ ⁊c̄. hꝫ ergo ſb̄ꝫ aliq; potētiã actiuã itriſecã reſpectu paſſio nis. ℭ 2° dico ꝙ grauia ⁊ leuia mouēt ſe ad vbi effecti ue. aialia etiã mouēt ſe ad vbi motu ꝓgreſſiuo. ſic pꝫ ex dictis. ℭ Tertio. ꝙ aiatū mouet ſe effectiue ad q̄ꝫtitatē motu augmētatōis. ℭ 4° ꝙ aq̄ calefacta ſeipſã frigefa cit. ⁊ ſemē ſeipſū alterat effectiue. ℭ Quito potētia ap petitiua ⁊ cog̊ſcitiua mouēt ſe ad actū ſaltē ꝑtial'r ꝯcur rēte obō vt alia cã ꝑtiali. de qb⁹ oīb⁹ diſcurrere ꝑ ſingu la eēt ꝓlixū nimis ⁊ iō ſufficiat ſic ea breuiter tetigiſſe. pꝫ ergo ex oīb⁹ his iprobatio p̄ie opi. nec ei⁹ rōes cogūt. ℭ Ad p̄mã q̄ ſumit̄ de ſeptimo phi. dicēdū ꝙ equocat de p̄mo. nã p̄mo dupl'r dr̄ vt dictū ē 7° hui⁹. vno mō vt diuidit̄ ꝯtra ptē. ⁊ iō qđ ſic ieſt p̄mo remouet̄ ab eo cui ieſt. ſi remouet̄ ab eo qđ ē aliq̄d ei⁹. ⁊ iō nihil ſic primo mouet̄ ſi aliq̄ ei⁹ ps q̄eſcat. Alio mō dr̄ p̄mo vt dicit ꝑ ciſã adeq̄tionē eē eo mō quo triãgulus hꝫ tres p̄mo. qđ aūt ſic ieſt p̄mo alicui nō remouet̄ ab eo ſi remoueret̄ ab eo qđ ē aliq̄d ei⁹. nã triãgulus nihil minus hꝫ tres lꝫ ꝑtes triãguli. puta vn⁹ angulus nō hēat tres. Eſt ergo ibi itētio phi. ꝙ nihil mouet ſeipſū p̄mo vtraq; p̄mita te. q꞉ ſeq̄ret̄ ꝯtradictio. ſ. ꝙ q̄eſceret ad q̄etē p'tis ⁊ nō q̄eſceret. nã q̄eſcēte ꝑte nō pōt moueri p̄mo p̄ma p̄mi tate. ⁊ tn̄ nō repugnaret ſibi moueri primo ſcđa primi tate. vt pꝫ ex dictis. ſed ex h̄ nihil mali ſeq̄t̄ ꝯtra nos. q꞉ poterit aliqđ moueri a ſe primo ſcđa primitate vt puta q꞉ hꝫ i ſe v̄tutē q̄ pōt ſe mouet̄ effectiue ⁊ equoce. qđ. n. ſic primo mouet̄ nō oꝫ ꝙ q̄eſcat ad q̄etē partꝭ q̄ ē aliq̄d ei⁹. ℭ Ad ſcđꝫ dicēdū ꝙ duplex ē act⁹. ſ. formalis ⁊ v̄tu alis. exēplū primi. ignis ē actu calidus formal'r. exēplū ſcđi. ſol ē actu calidus nō formal'r. ſꝫ v̄tual'r. pꝫ q꞉ ſol in v̄tute ē calidus. iſti aūt duplici actui rn̄det duplex potē tia paſſiua. ſ. formalis ⁊ virtualis. ℭ Ad formã cū dicit̄ ipoſſibile ē idē ſcđm idē ſil' eē i potētia ⁊ in actu. ꝯcedo iſtã accipiēdo actū ⁊ potētiã vniformiter ſi formaliter formaliter ſi v̄tualiter v̄tualiter. tūc minor ē falſa i ꝓpo ſito. nã qn̄ aliq̄d mouet ſe cū ſit actio equoca nō vniuo ca nō pōt dici ꝙ ſit i actu formali. ſꝫ ē i actu v̄tuali. ⁊ in potētia formali. ⁊ illa nō repugnat. hn̄ aūt reputo ipoſ ſibile idē eē i actu ⁊ i potētia vniformiter accipiendo. ℭ Ad cōfirmationē dicendū per idē. nã cū agens ⁊ pa tiens dicantur eſſe contraria intelligendū eſt de agēte

vniuoco.ſic.n.agēs ⁊ patiēs hñt formas ɔ̄rias forma/
liter:⁊ tūc nihil ɔ̄ nos.¶ Ad tertium dicēdū ⁊ nō eſt in/
cōueniēs relatōes reales oppoſitas fūdari in eodē fun
damēto nō ſimpliciter.ſed aliq̄liter illimitato.vbi no/
tādū ꝙ q̄dā ſūt relatōes reales oppoſite q̄ ſūt icōpoſſi
biles i eadē nā ⁊ ſuppoſito vt ſūt relatōes cauſe ⁊ cāti.
huius ratio ē qꝛ cātū depēdet realiter a cā.idē aūt non
pōt eētialiter depēdere a ſeipſo.¶ Quedā ſūt relatio
nes reales oppoſite q̄ ſūt incōpoſſibiles in eodē ſuppo
ſito nō tñ in eadē nā illimitata vt ſūt relatōes ꝓducē/
tis ⁊ ꝓducti.patet in diuinis.ratio huius incōpoſſibi/
litatis eſt.qꝛ ꝓducēs eſt prius origine q̄ꝫ ꝓductū.idem
aūt ſuppoſitū nō pōt eē ꝑus origine ſeipſo. Quedā ſūt
relatōes oppoſite reales q̄ neutro mō ſūt incōpoſſibi/
les.vt ſūt relatōes mouētis ⁊ mobilis cui⁹ rō eſt.qꝛ oīs
incōpoſſibilitas relationū realiū reducēda ē ad aliq̄ꝫ
priorē.⁊ vbi iſta prior nō inuenit.ibi nec illa poſterior
ɔcludit.nūc icōpoſſibilitas i illis duob⁹ mēbris redu/
cit ad ordinē ſeu depēdētiā eētialē vel originis.ſed i
illo 3⁹ mō reducit depēdētia taliū relatiuoꝝ ad depē/
dentiā accñtalē.nō ē āt incōueniens idē ſuppōitū de/
pēdere a ſe accñtalr.¶ Ad formā dicēdū ꝙ fūdamētū
relationū mouētis ⁊ mobiľ qñ aliqd mouet ſe lꝫ nō ſit
ſimplr illimitatuꝫ ē tñ aliq̄lr illimitatū q̄tenus idē hꝫ
rōem mouētis ⁊ mobilis alr ⁊ alr.

Ad primum in oppoſitū dicēdū ꝙ ille aucto
ritates ſoluūt ſeipſas.nā i pria
addit inq̄ꝫtū ſiľ natū ē.⁊ i ſcđa inq̄ꝫtū aliud.lꝫ.n.idem
moueat ſe tñ ſm aliā ⁊ aliā rōeꝫ mouet ſe ⁊ mouet vt
pꝫ ex dictis.¶ Ad rōeꝫ q̄ addit nego ɔñaꝫ.ad ꝓbationē
dicēdū ꝙ actiuo ⁊ paſſiuo approximatis nō ſp ſequit
actio.qđ pōt ɔtigere ex qnq̄ꝫ cauſis.pmo ꝙ hito termi
no agēs nō agit.exēplū.graue qñ ē i termino nō pōt ſe
mouere.ſcđo qñq̄ꝫ etiā nō hito termino pōt ipediri ne
agat ꝓpter vtutē ɔ̄riā fortiorē.exēplū.aq̄ huliēs pn̄te
igne calefaciēte nō frigefacit ſeipſā.3°.ſi nō eſt totalis
cā actiua ſꝫ aliud cū ipſo ſi illud aliud nō adſit nō agit.
exēplū.tenēdo ꝙ i potētijs cognitiuis obiectū agat cū
potētia nō poterit potētia agere ſine obiecto.4°ſi aliq̄
actio nālr ꝑſupponat ſue actōi.qꝛ illa nō poſita ñ aget.
exēplū.nihil itelligēs nihil vult:ex eo ꝙ act⁹ volūtatis
ꝑſupponit nālr actū itellect⁹.5° ſi ſit agens liberꝝ cū ex
ſe pōt nō agere.exēplū.itellectu oñdēte aliqd:volūtas
pōt illud nō velle ꝓpter ſui libertatē.dato ergo ꝙ idē
agat vel moueat ſeipſuꝫ:non ſeqtur ꝙ ſemper agat.qꝛ
pōt ipediri aliquo dictoꝝ modoꝝ.

¶ Palā qꝛ ⁊ potētiaꝝ alie erūt irrōabiles:alie cum
rōne:q̄ꝓꝑ oēs artes ⁊ ſcie factiue potentie ſūt.ꝑncipia
nāq̄ꝫ ꝑmutatiua i alio:aut inq̄ꝫtū aliud:⁊ q̄ qdē cū rōne
oēs ɔ̄rioꝝ ſūt eedē:⁊ q̄ irrōabiles vna vnius:vt calidū
calefaciēdi ſolū.Textu cōmenti.3.Itē textu cōmenti
10.Tales qdē potentias neceſſe qñ vt poſſunt actiuū ⁊
paſſiuū appropinquat:hoc qdē facere:illud vero pati:
illas vero non neceſſe:he qdē.n.oēs vna vnius factiua:
ille autem contrariorum:⁊c̄.

Queritur Utrū differētia quā aſſi
gnat phs iter potentias
rōales ⁊ irrōales ſit conueniēs.ſ.ꝙ ille
ſint oppoſitoꝝ.ille vero vnius oppoſiti
tm̄.videt ꝙ nō ⁊ pmo de rōnalib⁹.qꝛ ſi
ſic.ergo aliqs poteſt ſiľ agere oppoſita:
ɔñs ē falſum vt dicit hic in littera.ġ ⁊ añs.ꝓbatio ɔñe
qꝛ hñs potentiam poteſt illud cuius ē illa potētia.ġ ha
bēs potentiā ad oppoſita poteſt ſiľ ad oppoſita.¶ Ꝓ.
ſcđo.nulla ē potentia que nō poteſt in aliquid.ſed po/
tentia rationalis cū non poſſit ſimul i oppoſita non vr
poſſe in aliquid niſi determinet vt dicitur hic i littera.
determinata aūt non videtur eſſe niſi vnius oppoſiti.
¶ Secūdo contra aliud membrū arguit.ſ.de potētijs
irrationalibus.primo ſic.potentia.ſolis eſt potentia ir
rationalis.pꝫ.ſed potentia ſolis ē oppoſitorū.ġ poten/
tia irrationalis ē oppoſitorum non vnius tm̄.ꝓbatio
minoris.qꝛ ſol poteſt in oppoſitos effect⁹.diſſoluit eiꝫ
glaciem ⁊ indurat lutum.¶ Confirmat:qꝛ iferius i ħ
nono.dicit ꝙ oīs potētia ɔdictionis eſt.⁊ declarat hoc
phs etiā i actis.¶ Ꝓ.ſm Ariſto.potētia irrōalis ponit
eē oppoſitoꝝ.frigus.n.nō tm̄ infrigidat.ſed etiā ē cā p
accñs caloris. vt dicit q̄rto phi. ſimpliciter ꝓijciēs pi/
lā ad parietē ē cā reſilitōis:videt ergo ꝙ dicta dr̄ia nō
ſit ɔueniēs.¶ Cōtra.phs hic in littera.

Rñdeo tenēdo cū pho dr̄iaꝫ eſſe bene aſſignatā
In iſta qōe ſic ꝓcedit.qꝛ pmo quō ſit itel
ligēda hec dr̄ia exponet.ſcđo de cā hui⁹ dr̄ie ingretur
¶ Quātū ad pmū dico tria.pmū dictū ē ꝙ iſta differē/
tia intelligēda ē de potētijs actiuis tm̄.vt ſit ſenſus ꝙ
potētia actiua irrōalis cuicūq̄ꝫ cōparet ſiue actiōi quā
elicit ſiue termino quē ꝓducit.ſic ē illi⁹ ꝙ manēte eadē
nā ipſa nō pōt eē actiua alteri⁹ q̄ ei⁹ cui⁹ ex ſe pōt:fri/
giditas.n.manēs frigiditas nō pōt eē ꝓductiua calo/
ris nec elicitiua calefactōis.ſi tm̄ ē de ſe actiua.nā qcqd
circa ipſā frigiditatē fieret:lꝫ illud poſſit aliqd facere
ad eē caloris:nunq̄ tm̄ frigiditas faceret ad hoc. Siľr
potētia rōalis ſic ē actiua oppoſitoꝝ.ſiue ſint ɔ̄ria ſiue
ɔdictoria:ꝙ manēs nā vna q̄ꝫtū ē de ſe:ē ſufficiēs ꝓdu
ctiuū oppoſitoꝝ ꝓductoꝝ ſi eſt oppoſitoꝝ ꝓductoꝝ:⁊
ſufficiēs elicitiuū oppoſitaꝝ actionū.ſi ē oppoſitaꝝ ac/
tionū.¶ Scđꝫ dictū ē in qđ illa dr̄ia ē ſic intelligēda vt
pꝫ ex pmo dicto.ꝙ potētia rōalis ſit oppoſitaꝝ actio/
nū ſiue actōis ⁊ negatōis ei⁹.ſ.ꝙ poſſit agere ⁊ nō age/
re.Si aūt actio accipiat etiā p re acta vel ꝓducta:tūc
ſicut ē oppoſitorū actoꝝ ſic ē oppoſitaꝝ actionū.pmo
tñ mō itelligēda ē hic:vt.ſ.ē actōis ⁊ negatōis:vt pate
bit i ſequēti articulo.¶ Tertiū dictū ē.ꝙ potētia acti/
ua accipiēda ē nō ꝓ reſpectu potētie q̄ ē ad oppoſitos
effect⁹ ſꝫ ꝓ fūdamēto reſpect⁹ qđ ē ꝑncipiū actōis.

Quantum ad 2^m^.ſuppoſita illa cā q̄ videt phi
poſita ſuperi⁹ i ſcđa le.huius noni.
Ad maiorē adhuc euidētiā pmo vidēdū ē de dr̄ia i ſe.
ſcđo de itētōe phi circa ipſā.¶ De primo ſciēdū ē ꝙ pri
ma diſtictio potētie actiue ē ſcđꝫ diuerſū modū eliciē/
di opationē:ꝙ.n.potētia agat circa hoc obiectū vel cir
ca illud lꝫ aliquo mō diſtiguat e oñdat diſtictionē potē
tiaꝝ:nō tñ ita imediate.nō.n.potētia cōparat ad obie
ctū circa qđ opat niſi mediāte opatōe quā elicit hoc vl
illo mō.Iſte aūt modus eliciēdi ꝓpriā opationē nō pōt
eē i gñe niſi duplex.nā potētia actiua aut ē de ſe deter
minata ad agendum.ita ꝙ quantum eſt ex ſe non po/
teſt non agere quando non impeditur ab extrinſeco.
aut non eſt ex ſe determinata.ſed poteſt agere hūc ac/
tum vel oppoſitum.poteſt etiam agere vel non agere.
prima potētia dicit coiter natura.ſecūda vero dicitur
voluntas.vnde prima diuiſio principioꝝ actiuoruꝫ eſt

in nãm ⁊ volũtatẽ ſeu ꝓpoſitũ. ſicut patet ex ſcđo phi.
vbi pħs ponit duas cãs mouẽtes ꝑ accñs. ſ. caſũ iuxta
nãꝫ. ⁊ fortunã iuxta ꝓpoſitũ ⁊ volũtatẽ. ¶ Si ergo q̃ra
tur cã huius drĩe q̃re. ſ. nã ẽ vniꝰ tm̃ determinate. i. cu/
iuſcũqꝫ vel quorũcũqꝫ ẽ determinate ẽ ex ſe illiꝰ vel il/
loꝝ: volũtas ẽ oppoſitoꝝ. i. ex ſe ĩdeterminate ẽ huius
actõis vel oppoſite aut actõis vel nõ actõis. ꝓ q̃to põt
agere vel nõ agere. ¶ Dicẽdũ ꝙ huiꝰ nulla ẽ cã. ſicut. n.
effectꝰ imediatꝰ ad cãꝫ cõparat̃ ex ſe ⁊ p̃mo ſine cã me
dia. alioqn iret̃ in ĩfinitũ. ita cã actiua videt̃ imediate
ſe hr̃e q̃tũ ad ſuã actionẽ inq̃tũ ipſũ elicit. nec ẽ dare
aliqꝫ cãꝫ q̃re ſic elicit niſi qꝛ ẽ talis cã. ſꝫ hoc ẽ illud cuiꝰ
cã q̃rebat̃. Sicut ergo calidũ calefacit qꝛ calidũ. nec
iſta ꝓpoſitio calidũ calefacit ẽ mediata. ſꝫ ẽ ĩmediata
i 2ᵒ vel 4ᵒ mõ ꝑ ſe. ſic ⁊ hec. calidũ ex ſe determinate ca
lefacit. Silr̃ iſta: volũtas vult ⁊ volũtas nõ vult inde/
terminate determinatõe ex ſe vel ĩtra ſe. ¶ Sꝫ hic eſt
vnũ dubiũ. quõ volũtas reducit̃ ad actũ ſi ẽ ĩdetermi/
nata ex ſe ad agẽdũ ⁊ nõ agẽdũ. ¶ Rño. duplex ẽ ĩde/
terminatio vna ẽ q̃ ẽ ex ĩſufficiẽtia: q̃ ẽ ex potẽtialitate
⁊ defectu actualitatis ſicut mã nõ hñs formã ẽ ĩdeter/
minata ad actũ forme. Alia ẽ indeterminatio ſupabũ/
dãtis ſufficiẽtie q̃ ẽ ex illimitatõe actualitatis vel ſim/
pliciter vel quodãmõ. p̃mo mõ ĩdeterminatũ nõ redu
cit̃ ad actũ niſi p̃us determinet̃ ꝑ formaꝫ ab alio. ſcđo
mõ indeterminatũ põt ſe determinare. ſi. n. hoc poſſet
hñdo actũ limitatũ multo magis ſe hꝫ illimitatum. qꝛ
tũc nõ caret aliquo qđ fuit ſimplr̃ p̃ncipiũ agẽdi. alio/
quin ds q ẽ ſũme ĩdeterminatꝰ ad quãcũqꝫ actionẽ in/
determinatõe illimitatõis: non poſſet aliqđ agere: qđ
ẽ falſũ. ĩdeterminatio aũt q̃ ponit̃ ĩ volũtate nec ẽ mã
lis nec ĩpfectõis inq̃tũ ipſa ẽ actiua. ſꝫ ẽ excellentis
ꝑfectõis ⁊ potẽtie aliq̃liter illimitate nõ alligate ad de
terminatũ actũ. ⁊ ideo põt ſeipſaꝫ determinare. ¶ De
ſcđo videt̃ dubiũ quõ ea q̃ dicta ſũt faciãt ad intẽtionẽ
phi. nã ipſe nõ ponit dictã drĩaꝫ inter nãꝫ ⁊ volũtatẽ.
ſed inter potẽtiã rõalẽ ⁊ irrõalẽ ꝑ rõalẽ intelligẽs ſolũ
intellectũ vel ſciaꝫ: pꝫ in lr̃a. ¶ Rñdeo. intellectꝰ ⁊ vo/
lũtas p̃nt cõparari ad actꝰ ꝓprios quos eliciũt. vel ad
actꝰ aliaꝝ potẽtiaꝝ inferioꝝ in qbꝰ hñt aliqꝫ cãlitatẽ.
puta intellectus oñdẽdo ⁊ dirigẽdo. voluntas vero in
volẽdo ⁊ iperãdo. et pꝫ ꝙ prima ꝯparatio ẽ eẽntialior.
p̃mo mõ intellectus cadit ſub nã. ẽ. n. de ſe determina/
tus ad ĩtelligẽdũ. ⁊ nõ habet in poteſtate ſua intellige
re ⁊ nõ intelligere: aſſẽtire ⁊ nõ aſſentire ꝓpoſito obie/
cto. voluntas aũt oppoſito mõ ſe habet ad ꝓpriũ actũ
eliciẽdũ ⁊ nõ eliciẽdũ. ⁊ ꝓpter hoc in diuinis ponũtur
due ꝓductões. vna ꝑ modũ nature cuius p̃ncipiũ ẽ in/
tellectus. ita ꝙ intellectꝰ ẽ idẽ p̃ncipiũ cũ nã. alia poni
tur ꝑ modũ volũtatis. loquẽdo ergo ſic intellectꝰ cadit
ſub potẽtia irrõali. nihil. n. formaliter ẽ liberũ niſi vo/
lũtas. ſcđm hãc p̃mã cõparationẽ non loqtur pħs hic
de ĩtellectu. ¶ Scđa vero cõparatio videt̃ q̃ſi accñta/
lis: qꝛ ille potẽtie nõ cõparãtur ad actꝰ aliaꝝ potẽtiaꝝ
niſi mediãtibꝰ actibꝰ ꝓprijs vt videt̃ qꝛ ꝓprijs illis alijs
ſũt p̃ores. ⁊ hoc mõ nunq̃ intellectꝰ ẽ p̃ncipiũ alicuius
operatõis exterioris ſine volũtate ꝯcurrente ⁊ deter/
minãte intellectũ: ⁊ hoc mõ loqtur hic pħs de intelle/
ctu ⁊ alibi frequẽter. vñ de volũtate nunq̃ vel paꝝ lo
qtur pħs vt diſtiguit̃ ab ĩtellectu practico q ẽ p̃ncipiũ
opatõis exterioris dirigẽdo potẽtias exequẽtes vbi ſꝑ
ꝯcurrit volũtas iperãs executionẽ operis. vñ pħs ali/
qñ diſtinguit nãꝫ ꝯtra artẽ ⁊ ꝯtra intellectũ. aliqñ ꝯtra
ꝓpoſitũ ſeu volũtatẽ. ꝑ qđ pꝫ ꝙ ꝑ oĩa illa intelligit vnũ
p̃ncipiũ in artificialibꝰ. nã ad opus artis concurrũt illa
tria integrãtia vnũ p̃ncipiũ ꝑfectũ artificialiũ. Ex quo
pꝫ ꝙ potẽtia rõalis duplr̃ põt ſumi. ſ. icõplete ⁊ ꝯplete.
incõpleta qđẽ potẽtia rõalis ẽ intellectꝰ vel ars vt p̃ce
dũt volũtatẽ. ⁊ de tali videt̃ hic loq pħs cũ dicit. ꝙ oꝫ
illã determinari ꝑ volũtatẽ vel ꝓhereſim. volũtas aũt
determinatiua intellectꝰ ẽ potẽtia rõalis cõpleta vel
ſaltẽ ꝯcurrit ad cõpletã. ⁊ ſic veꝝ ẽ potẽtiã rõalẽ eẽ op
poſitoꝝ mõ p̃expoſito. qñ ergo pħs hic allegat̃ ĩ textu.
pꝫ ꝙ loqtur de potẽtia rõali icõpleta. ¶ Ad p̃mũ ĩ op/
poſitũ nego ꝯñaꝫ. potẽtia. n. rõalis ꝓut dr̃ eẽ volũtas ẽ
ꝯrioꝝ nõ ſil̃ faciẽdoꝝ: ſꝫ põt ſe determinare ad alter/
utrũ. ¶ Ad ꝓbationẽ dicendũ ſicut Ariſto. rñdet in lr̃a
ꝙ hñs potẽtiã rõalem nõ hꝫ potẽtiã faciẽdi oppoſita
ſil̃. ¶ Cõtra in illo nũc in quo ẽ vnũ oppoſitoꝝ. q̃ro aut
ẽ potẽtia ad alteꝝ oppoſitoꝝ. aut nõ. ſi ſic. hẽtur ꝓpoſi
tũ vt videt̃ qꝛ põt oppoſita ſil̃. ſi nõ. ergo potẽtia illa in
hoc nũc nõ ẽ niſi vniꝰ oppoſiti. ¶ Rñdeo ꝙ ĩ eodẽ nũc
põt agere ad oppoſitũ nõ in ſẽſu cõpoſitõis ſꝫ in ſẽſu di
uiſionis. qꝛ ſicut ꝯtigẽter ſe hꝫ ad vnũ. ita ad reliquũ: ſi
cut ĩ eodẽ nũc quo ſortes ſedet. põt nõ ſedere in ſẽſu di
uiſionis. nã ꝯtigẽter ſedet: ⁊ iõ nõ ſeq̃t ꝙ poſſit ĩ oppo/
ſita ſil̃. ¶ Ad ſcđꝫ dicẽdum ꝙ ſi arguit̃ de volũtate illa
põt ĩ actũ nulla determinatõe ĩ illa p̃cedẽte actũ ita ꝙ
p̃ma determinatio ⁊ tp̃e ⁊ nã ẽ in poſitõe actus. Cũ di/
cit̃ ꝙ nihil põt niſi p̃us determinet̃. falſũ eſt de volũ/
tate. ſi aũt arguit̃ de intellectu cognoſcente oppoſita q
ẽ potẽtia rõalis incõpleta: tũc ẽ veꝝ ꝙ reſpectu extrin
ſeci nõ põt aliqđ niſi determinet̃ aliũde. qꝛ illoꝝ ex ſe
ẽ ꝑ modũ nature nõ potẽs ſꝫ ad alteꝝ determinare. vl̃
ergo ambo aget vel nihil. ſꝫ ſi de intellectu ꝯcludat̃ ꝙ
nõ eſt ſufficiẽs potẽtia rõalis ꝯcedit̃ ſcđm p̃dicta. imo
ſi per impoſſibile ſolus intellectus eſſet cũ virtutibus
inferioribus ſine volũtate nihil poſſet fieri niſi deter/
minato modo nature. qꝛ nulla eſſet potẽtia ſufficiens
ad faciẽdũ alteꝝ oppoſitoꝝ. ¶ Ad aliud argumẽtũ de
ſole. iam ſuperius dictũ eſt ꝙ forma ſolis ⁊ quecunqꝫ
forma naturalis ſi eſt illimitata ⁊ principiũ oppoſitoꝝ
in diuerſis materijs: ſic eſt illoꝝ determinate: ſicut il/
la forma que eſt vnius eſt illius determinate. nã nõ eſt
in poteſtate ſua alterutrũ illoꝝ agere preſẽte paſſo re/
ceptiuo forme huius ⁊ illius ſicut. nec ſi eſſet vnius tã
tũ. vnde ſol preſente paſſiuo liquefactibili. ſic liquefa/
cit ꝙ nõ põt nõ liquefacere. ſilr̃ eſt p̃ſente paſſiuo con/
ſtringibili. potẽtia aũt rõalis. puta volũtas agens ſiue
circa hoc oppoſitũ in qđ põt ſiue circa illud. nõ eſt prin
cipiũ determinatũ ad vnũ. ſed ĩdifferẽter eſt determi/
natiuũ ſui ad alterutrũ ita ẽt ꝙ circa qđlibet põt agere
⁊ nõ agere. ¶ Ad ꝯfirmationẽ ſicut dicet̃ inferius oẽs
potẽtie paſſiue ſũt ex ſe ꝯtradictiõis. actiue vero ſicut
ibidẽ dicit pħs nõ ex ſe. ſed quaſi per accidẽs ⁊ aliũde
quatenus paſſiuũ põt ad eſſe vel nõ ad eſſe. ſed hoc ac/
cidit potẽtie actiue. nã ſi ſit irrõalis neceſſario agit pre/
ſente paſſo ⁊ remoto oĩ ĩpedimẽto nõ ſit potẽtia rõalis
¶ Ad vltimũ pꝫ ex p̃mo articulo ꝙ frigus nunq̃ facit
ad eẽ caloris ꝑ ſe. facit tñ aliqđ quo facto aliquid aliud
põt magis calefacere. puta qꝛ ꝯſtringit poros ne calor
interior diffundatur ⁊ exalet. ⁊ ita calor vnitus magis

calefacit: frigus aūt nū̄ꝗ̄ calefacit directe. De ꝓiectiōe pile dicēdū ꝙ mouēs violēter aliqd ad vbi. mouet ad oē vbi poſſibile acq̄ri ꝑ illū motū ⁊ ſi idirectū pōt. ſic mouet̄ ſi nō redit. ⁊ hoc donec fcūs fuerit mot᷒ ꝓpoꝛ tōabilis potētie mouētis. hoc aūt nullā talē idifferētiā ponit vel ꝯtigētiā: q̄lis ē i potētia rōali. pꝫ ex dictis.

❡ Si itaq̄ꝫ tali ṗoꝛ ē act᷒ rōe ⁊ ſb̄a: Textu comēti. iꝫ.

Queritur Utrū veꝝ ſit ꝙ actus ſit ṗoꝛ potētia ſꝫ rōeꝫ videt̄ ꝙ nō reducēdo rōem ph̄i. nam illud videt̄ ṗus aliquo diffinitiōe ꝑ qd̄ aliud hꝫ diffiniri. ſꝫ nō ſolū potētia diffinit̄ ꝑ actū ſꝫ act᷒ ꝑ potentiā. ergo ⁊c̄. ꝓbatio minoꝛis. nā act᷒ ⁊ potētia refe rūtur. oꝫ aūt i relatiuis in vtroꝛūq̄ꝫ rōib᷒ vtriſq̄ꝫ vti. ſꝫ poꝛphiriū. ❡ Cōtra. ph̄s hic in lr̄a. ❡ Dicēdū ꝙ ſicut pꝫ ex q̄nto hui᷒. relatiue oppoſita pn̄t dupl'r itelligi. ſ. vel mutuo. vel nō mutuo. illa q̄dē mutuo referūtur quoꝝ vtrū̄q̄ꝫ hꝫ hitudinē ꝑ ſe ad alteꝝ. nō mutuo referūtur illa quoꝝ vnū ꝑ ſe hꝫ hitudinē ad alteꝝ ⁊ nō ecōuerſo. ❡ Ad ꝓpoſitū dico ꝙ act᷒ ⁊ potētia nō opponūtur relatiue ṗmo mō. nā cū talia ſint ſil' nā ⁊ diffinitōe ſeq̄ret̄ ꝙ act᷒ nō eēt pꝛioꝛ rōe ꝗ̄ potētia. nec rō potētie ſumeret ab actu magis ꝗ̄ ecōuerſo. qd̄ ē ꝯtra ph̄m in lr̄a. opponūtur aūt ſcd̄o mō. Nā potētia dicit oꝛdinē ad actū: ⁊ ille oꝛdo eēntial'r ē reſpect᷒ ad actū. ⁊ nō econuerſo qꝛ rō act᷒ ē abſoluta. q̄liter aūt poſſet eſſe ꝑ ſe relatio ad aliqd abſolutū. pꝫ q̄nto hui᷒. capitulo de ad aliqd. de ſcia q̄ eēntial'r refert̄ ad ſcibile ⁊ nō ecōuerſo. nā nō idē ē referri ⁊ relationē terminare: imo vbi ꝯcurrūt i eodē vidētur ꝑ accn̄s ꝯiūcta ſicut foꝛſan ē in relatōib᷒ mutuis. hoc ſcd̄o mō pōt dici creaturā referri ad deū ſine di coꝛrelatōe i deo. vn̄ potētia ⁊ act᷒ d̄s ⁊ creatura ⁊ oīa ſil'ia vidētur ꝑtinere ad tertiū modū relatiuoꝝ. qꝛ igr̄ potētia eēntial'r ad actū depēdet ⁊ nō econuerſo. ideo hꝫ diffiniri ꝑ actū ⁊ nō ecōuerſo ⁊ ꝑ ꝯn̄s vt dicit ph̄s actus ē pꝛioꝛ potētia rōe ⁊ nō ecōuerſo. ❡ Ad argumētū in oppoſitū dicēdū ꝙ minoꝛ ē negāda. ad ꝓbationē dico ꝙ poꝛphirius loq̄tur de relatiuis q̄ mutuo referunt̄ cuiuſmodi non ſunt actus ⁊ potentia.

❡ Quoꝛūcū̄q̄ꝫ igit̄ aliqd alteꝝ ē qd̄ fit ṗter vſū. hoꝝ act᷒ i fcō ē: vt edificatio in edificato ⁊ ꝯtextio i ꝯtexto: ſimiliter autem ⁊ in alijs: ⁊ totaliter motus in eo quod mouetur. ⁊c̄. Textu comenti. 16.

Queritur Utꝝ actio ſit in paſſo. ſicut in ſubiecto. videt̄ ꝙ ſic ꝑ ph̄ꝫ i lr̄a q̄ dicit ꝙ edificatio ē in edificato. ⁊ ꝯtextio i ꝯtexto. hoc idē dicit ex ṗſſe in 3°. ph̄i. ❡ Contra. paſſio ē in paſſo. ergo actio ē in agēte. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō in paſſo. ꝯn̄a pꝫ a ſili. qꝛ foꝛma videt̄ eē i eo qd̄ denoīat. actio aūt nō denoīat paſſū: ſꝫ agēs.

Rn̄deo in iſta q̄ōe ṗmo ṗmittā duplicē diſtictionē. 2°. on̄dā triplicē ꝯcluſionē. ❡ Quātū ad ṗmū ſupponēdo diſtinctionē de actōe quam ponit ph̄s de trāſeūte ⁊ imanēte. Sit iſta prima diſtinctio. ꝙ actio ꝗ̄tū ad pn̄s ſpectat tripl'r dr̄. vno mō ꝓ reſpectu trāſmutātis ad trāſmutatū. iuxta illā deſcriptionem libri ſex pꝛincipioꝝ. actio ē ſm̄ quā in id qd̄ ſubijcit̄ agere dicimur. ⁊ hec ē actio ꝓductiua de genere actōis q̄ ē ṗdicamētū ꝑ ſe. q̄ foꝛmaliter ē foꝛma reſpectiua fūdata ſuꝑ pꝛīcipiū qd̄ ē potētia actiua. vn̄ ph̄s q̄nto methꝫ. ⁊ etiā. 9. deſcribit potētiā actiuā: ꝙ ē pꝛincipiū trāſmutationis in alio inq̄ꝫtū aliud. ꝑ qd̄ dat intelligere ꝙ actio ꝑ quā potētia actiua agit ē reſpect᷒ trāſmutātis ad trāſmutatū. alio mō dr̄ actio de operatōe imanente. ꝓut viſio ⁊ intellectio ⁊ volitio dr̄ actio. vt fuit iā dictū. ⁊ actio iſto mō ſūpta ē foꝛma abſoluta ⁊ acta ſeu ꝓducta per actionē pꝛimo mō dictā. vn̄ in itellectu ⁊ ſil'r i voluntate diſtinguit̄ duplex actio. vna ꝓductiua ⁊ de genere actōis. q̄ in intellectu vocat̄ dicere: ⁊ in volūtate vocat̄ ſpirare. alia acta ſeu ꝓducta q̄ ē foꝛma abſoluta q̄ in intellectu vocat̄ intellectio: in volūtate vero vocat̄ volitio ſeu amoꝛ. ❡ Alio mō. ſumit̄ actio ꝓ operatōe trāſeūte. q̄ q̄n̄q̄ꝫ etiā ē foꝛma abſoluta ⁊ acta ⁊ ꝓducta per motū ⁊ actū de genere actiōis. puta ꝗ̄titas aut q̄litas aut vbi. lꝫ vbi ſit foꝛma reſpectiua. ❡ Scd̄a diſtictio ſit iſta. ꝙ reſpect᷒ ē duplex in genere. vn᷒ intriſecus adueniēs. ali᷒ extriſec᷒ adueniēs. voco reſpectū itriſecū adueniētē illū q̄ neceſſario ſeq̄t̄ ſuū fūdamētū poſito termino: ⁊ talis reſpect᷒ ē de genere relationis: voco aūt reſpectū extriſecū adueniētē. q̄ nō ꝯſequitur neceſſario extrema ambo ſil' poſita i actu ⁊ ſub hoc mēbꝛo cadūt illa ſex pꝛīcipia de q̄b᷒ agit ille auctoꝛ. pꝫ. n. de actōe ⁊ paſſione. qꝛ poſſibile ē actiuū ⁊ paſſiuū eē: ⁊ etiā appꝛoximata: ⁊ tn̄ nō hr̄e iſtū reſpectū. ſ. ꝙ agēs ſit illud a quo trāſmutat̄: nec paſſū ſit illud qd̄ ab ipo trāſmutat̄. puta ſi ſit aliqd̄ ipediēs: ⁊ ꝓ tāto illa ſex pꝛincipia nō ſūt ſpēs relatōis. qꝛ relatio dicit reſpectū itriſecus aduenientem. illa vero dicunt reſpectus extrinſecus aduenientes.

Quantum ad 2ᵐ ſit iſta ṗma ꝯcluſio. actio accepta ṗmo mō q̄ ē reſpect᷒ de genere actōis ē i agēte ſb̄iue nō i paſſo. hāc oñdo ſic. i eodē ē reſpect᷒ i quo ē fūdamētū. hoc apparet ex rōe fūdamēti. nec oppoſitū ē itelligibile. ſꝫ potētia actiua q̄ ē fūdamētū hui᷒ reſpect᷒ ⁊ actōis ē i agēte. ſicut euidens eſt. ergo talis actio ⁊ reſpectus ē i agēte nō al'r ꝗ̄ ſb̄iue. pꝫ. ❡ P̄. i quocū̄q̄ꝫ ē foꝛma aliq̄ foꝛmal'r. illud ē ſimpl'r tale ꝑ iſtā foꝛmā. īpoſſibile. n. ē effectuꝫ foꝛmalē ſeparari a foꝛma. ⁊ ꝙ foꝛma ſit i aliquo foꝛmal'r: ⁊ ꝙ nō ꝯſtituat ipſū iformatū ſm̄ ipſā. ergo ſi actio ē foꝛmal'r i paſſo ſeq̄tur ꝙ paſſū erit foꝛmaliter agēs: qd̄ oīo ē extra rōeꝫ. ergo erit i agēte. ❡ P̄. īpoſſibile ē reſpectus oppoſitos eē ſil' neceſſario in eodē ſꝫ paſſio vel reſpect᷒ paſſionis vl'r ē i paſſo. ergo nō neceſſario erit i eodē reſpect᷒ oppoſit᷒ q̄ ē actio. ❡ Sic ergo itelligo ꝯcluſionē. ꝙ actio ē reſpect᷒ extriſec᷒ adueniēs i agēte vt i ſuppoſito vel ſubiecto. i foꝛma aūt q̄ dr̄ potētia actiua vt i fūdamēto ꝓpꝛimo. ſil'r paſſio dicit reſpectū oppoſitū coꝛrn̄dētem iſti. q̄ ē i paſſo vt i ſuppoſito ⁊ ſb̄o: i potētia paſſiua vt in fūdamēto. ❡ 2ᵃ ꝯcluſio ſit iſta. actio accepta ſcd̄o mō q̄ ē operatio ⁊ foꝛma imanēs abſoluta: ē i agēte vt i ſubiecto. hoc apparet ꝑ ph̄ꝫ hic q̄ dicit ꝙ viſio ē i vidēte ⁊ ſpeculatio i ſpeculāte. ❡ P̄ ꝑ rōeꝫ. oīs ꝑfectio ꝓducta ꝑ actionē de gn̄e actōis ē i ꝑfectibili qd̄ eſt i potētia ad ipſā. nō. n. ē intelligibile ꝙ aliqd ſit in potētia ad aliq̄ꝫ foꝛmā que nō ſit in ipſo q̄n̄ ē ꝓducta. ſed actio ſeu operatio ſcd̄o mō dicta ē huiuſmodi. ⁊ ipſū agēs ſiue operās ē ꝑfectibile: qd̄ ē in potētia ad ipſā. ergo q̄n̄ ē ꝓducta ē i agēte. mi. pꝫ. qꝛ talis actio ē ꝑfectio agētis. puta viſio vidētis ⁊ ſpeculatio ſpeculātis. ❡ Aduertēdū tn̄

ꝙ reſpectu talis oꝑatōis ipꝫ oꝑans hēt rōem agētis ⁊ paſſi, tñ ſcōꝫ aliā ⁊ aliā rōeꝫ. oñſum. n. fuit ſupra i q̄daꝫ q̄ōe ꝙ q̄ñ i agente ē aliq̄ forma que ē ꝑncipiū actōis eq̄uoce ⁊ cū h̄ ē capax termini illius actōis pōt ſe ipſā mouere ad ipſā formā q̄ eſt nata terminare actionē talē. ⁊ ꝓpter hoc i itellectu diſtiguūtur itellectꝰ agēs ⁊ poſſibilis vt ꝑ vnū ipſa aīa ſit ꝓductiua itellectōis ⁊ ꝑ aliud ſit receptiua eiuſdē. Silr̄ i volūtate ⁊ i ſēſu pōt diſtingui agēs ⁊ patiēs de quo alias ⁊c. ¶ Tertia ꝯcluſio ſit iſta actio accepta tertio mō q̄ ē oꝑatio ⁊ forma trāſiēs abſoluta ſeu reſpectiua ē i paſſo: vt i ſubiecto. hoc apparet ꝑ rōeꝫ fcāꝫ ad ſcðaꝫ ꝯcluſionē. nā talis actio ſeu oꝑatio ē ipſa forma acta ſeu ꝓducta ꝑ motū ⁊ iō neceſſario eſt i ipſo paſſo ⁊ mobili q̄ð mouet̄ ⁊ dū ē fluēs ē idē vt puto cū ipſo motu. nā motꝰ ē forma fluens. motꝰ aūt i mobili ex tertio phi. ¶ Ad argumētū i oppoſitū dicēdū ꝙ phs nono metha. ⁊ i tertio phi. loq̄tur de actōe ſcðm tertiā acceptionē q̄ eſt ipſa forma acta ſeu ꝓducta. ⁊ hoc facit ꝑ tertia ꝯcluſione. nō aūt loq̄tur de actiōe ꝑmo mō q̄ eſt ꝑdicamētū ⁊ formaliter reſpectus. talis aūt actio eſt in agēte ſubiectiue. ¶ Et hec de nono methaphiſice.

¶ Quare ſiq̄dē i paſſionibꝰ ⁊ i q̄litatibꝰ: ⁊ in q̄ꝫtitatibus: ⁊ i motu numeris exñtibꝰ ⁊ vno aliquo in oibꝰ numeris: q̄ꝛ quarūdā: ⁊ ipſū vnū aliquid vnū: ſed non hoc ipſius ſubſtātia: ⁊ i ſubſtātys neceſſe eſt ſimiliter ſe habere: ⁊c. Textu comenti. 7.

